Alia preterea discute: perquire regũ officia: administrationes: curas omnes. Id idẽ reperies: q̃ etsi ñ ignoremus ea õnia periculis plena esse: cernimus tam a multis sæpe esse optata: sepeq; magnis empta pecuniis: q̃sitaq; periculis. Sicq; tam cæca est mens hoĩm: ut periculis ematur periculũ: precibus atq; laboribus compareẽt discrimine. Nec enĩ in illis deest pecunia: sed deest uirtus. nõ deest fastus: sed deest castus. nõ deest sublimis: sed deest humilis. non deest adultor: sed deest ueritatis amator. non deest seuus fraudator: sed deest rectus consiliator. Taceo septem illa funestissima uitia: q̃ palatinos, regũq; officiales infallibiliẽ comitanẽ. Primũ quidẽ: honorum dignitatũq; ambitio est. Nam teste Cicerone: difficile est potestatẽ cupiẽti seruare equitatẽ. Et sequiẽ: facillime impelliẽ ad res iniustas: qui fauoris & gloriæ cupidus est. locus eĩm aulæ lubricus est. Secũdo regios fauores sequẽtibus: mẽdosa & seductoria adulatio. familiatissima est. Habet enĩ ut inquit policratus: curialiũ adulatio comites, dolum: fraudẽ: perditionẽ: mendaciũ. Hic est ille liquor olei fedissimus: quo curiales ungunt caput regis: ut eũ decipiãt. Qui ad eos cum sancto rege Dauid dicere debet: oleũ peccatoris nõ impĩguet caput meũ. Ab his iniquissimis adulatoribus: laudaẽ peccator in desyderiis suis. Tertiũ uitiũ regis domesticos co-

Seneca

mitat: uidelicet feda atque improba munerum receptio. Que ut scriptura ait: excecant sapientes: & subuertunt uerba iustorum. Sine his certe quottidianis distributionibus. qui principi assistunt: qui rerum suarum curam gerunt: uix uiuere possunt. Nam teste Seneca: uelut canes acerrimi: non nisi oblato cibo mansuescunt: nec aliter palatini quemquam audire: minus exaudire uolunt. Quinimo teste Plinio: ueluti quidam sunt homines fascinantes uoce: alii qui uidendo interimunt maxime quos irati conspiciunt: sic palatini fascinant pestilentius quos intuentur. Hi enim ad se uenientes, non modo loquendo: sed uacuos uidendo interimunt. Vnde policratus ait: quia curiales & medici in eo conueniunt: quia uendunt uerba sua: prope aliquando precium recipiunt: ut taceant. Mirum prodigiosumque hominum genus: in ceteris uitae modis quidam operas: nunquam uero uerba ipsa uendunt. Hi etiam silentium alii uendunt: quod est in rerum natura. Hi quod nihil est: magno distrahunt precio. Et ut paucis agam: palatini libera illa atque gratuita sensuum corporalium officia: aliquando etiam ut illa non exerceant: uendunt. Vt si te laete uident: aut grate audiunt uel loquuntur: euestigio uero si te toruo gestu conspiciunt uel audiunt: aut non loquantur: cogeris miser utroque euentu propinare. ut uel augeas fauoris affectum: ut tollas amoris defectum. ¶ Adde quartum palatini uitium: uidelicet improbam officiorum uenditionem. De quo policratus ait: improbitas curialium eo usque innotuit: ut de testimonio conscientiae: de uenustate morum: de odore opinionis: de sinceritate causae: de torrente eloquentiae: nisi precio interueniente quis frustra confidat: secundum illud ouidii: ipse licet uenias musis comitatus homere si nihil attuleris ibis homere foras. Quintum aulistarum uitium non est ceteris funestius: simulata uidelicet amicitiae fictio. Fingunt se palatini multos amare: qui omnes oderunt: quod cum facto opus est: facile compies. Nam ut ait Iuuenalis: quantum quisque sua nummorum seruat in arca: tantum

plinius

policratus

policratus

Ouidius .z. metamorph



Iuuenal

17

habet & fidei: hinc tullius: uere amicitię difficillime repe riunť in his: qui in honoribus uersanť. Et Seneca: errat q in aula quęrit amicũ. ¶ Sextũ palatinorum uitiũ his pximũ est: uidelicet uersuta machinatio ad extorquendũ: & pau peres expoliãdũ. Inueniũt nãq q pncipibus assistũt: pluri mas extorqndi uias. Quos hierony. asserit crudeliores esse leonibus & lincibus: qui licet ore rabido deuorãt: tamdiu tñ memoriã depdandi nõ pdunt: qdiu uenter est uacuus. Vbi uero pasta est sãguine seueritas: cum saturitate succe dit obliuio. Septimũ palatinorum uitium est cõmessationũ: libidinũ & uoluptatũ uacatio. quos signat Isaias: qui cõ surgũt mane ad ebrietatẽ sectandã: & potentes sũt ad bi bendũ uinũ: & fortes ad miscẽdum ebrietatẽ: de nocte diẽ faciũt: & nocte uigilãt. Hos dicit Seneca: uomere ut edãt: quorum palatus nõ nisi ad pciosas escas excitať. & tandẽ uen ter uino estuãs: uacet libidini. Agam ergo finẽ: & dicã cũ Bernardo, ad eos qui regũ amicitias sequunť. Tu in curia principũ sedes: cum diuitibus in occultis: ut interficias in nocentẽ. Deniq insidiaris ut rapias pauperẽ: ibi dextera tua repleta est muneribus. Ibi res pauperum uiolenť rapiũ ť. Ibi laudať peccator in desyderiis animæ suę: & iiquus benediciť. Ibi laudas qd non debes. operaris quod non li cet. loqueris qd non decet. Hæc igiť studia hi mores: hæ artes officialiũ regũ: hęc exercitia platinorum: & eorum q regũ fauores & amicitias sequunť. Hac igiť lege ascende si pla cet, ad tantam potentiam: aut ad tantam dementiam.

¶ An uerus honor acquirať in curiis regũ & principum.

RVrsus auditas forte cõsequendi honores: te tra het ad regũ amicitias appetẽdas. Disces enĩ hono rẽ esse de genere bonorum. & teste tuo phõ: per se

Cicero

Bernardus

Augustinus

ab honestis uiris expetendũ fore: q̃ n̄ nisi ex pricipũ amici
tiis ꝑuenire soelet: ueluti in quibus & ex q̃bus cunctaꝝ
dignitatũ: & honoꝝ cumulus residet atq̃ dependet: sed &
ad cæteros diriuat̃. Ad quæ ego paucis respõdebo. Crede
itaq̃ mihi fili mi quia teste tuo Cicerone: homo qui sũ
ma uanitate uersat̃: nullã effigiem ueræ uirtutis: sed um
bram sectat̃. Est enī honor ipse & gloria solida q̃dam res
& expressa: nõ obũbrata ille enī uerus est honor. Illa ue
ra laudis & famæ gloria: q̃ ex meritis ac uirtute constat.
plerũq; in his qui auram fauoris principũ sectant̃: famili
aris est glorię uanitas. Quĩmo nonũq̃ uitioꝝ laudatrix est
fama popularis. Vnde Socrates ut inq̃t Valerius: eos ho
norẽ ueꝝ cõsequi posse ait: qui id agunt: ut quales uideri
cupiũt: tales ipsi essent. Prudens enī uir ut inquit Bernar
dus: laboris sui fructum nõ in honore: nõ in fama: q̃multi
sępe falso acquirũt: sed in ↄsciẽtia ponit. Hinc Augustinus
cõscientiam attẽdere nos iubet: nõ quidẽ honoris famam.
Hic enī falli potest: cõscientia nunq̃. Rursus nec dignita
tũ maximaꝝ culmĩe lętari recte possũt: q̃ regum amicitias
& fauores quæritãt. Dignitas enī ut inquit Tullius: hone
sta, cultu ac uirtute & honore digna est auctoritas. q̃ cum
aliũde ꝑuenit: non dignitas: sed dignitatis usurpatio, ap
pellãda est. Hinc boecius: nõnunq̃ uirtutibus ex dignita
tibus honor accedit: sed potius ex uirtute dignitati ho
nor accrescit. Nã collata imꝓbis dignitas nõ modo efficit
indignos: sed ꝑdit potius & ostẽdit. Accedit: q̃a regiam
umbrã sequẽtes: pleꝝq; nõ uirtute: sed uitio non merito:
sed p̃cio nõ electione: sed adulatione dignitates assequũt̃.
Quare ex eis honorẽ uerũ eos cõsequi n̄ posse: plucidũ est.

Capitulũ quintũ: de nobilitate generis & sciẽtię ac mo
rum: & quomodo ortũ habuit & an a regũ & principũ

ſola uolũtate & conceſſione recte acquirat̃ nobilitas·

PLurimũ fallunt̃: qui generis claritatẽ quã nobilitatẽ uocamus ex ſola principũ amicitia: fauore aut largitate quærũt· Pro cuius rei aptiori cognitioẽ: aliq̃ de nobilitate non ſatis a modernis tacta: breuius q̃ rei magnitudo expoſcit diſſeremus· In p̃mis igit̃ preter, mittemus de illa nobilitate dicere: quã theologicam aut ſup naturalẽ uocãt: q̃ quis dei gratia acceptus eſt illi: ſed nec de natali nobilitate tãgemus·qua aut liber· aut ingenio uel intellectu callẽs·nobilis appellat̃· Agemus itaq̧ de ea carnis nobilitate: qua quis ultra plebeos homines dignior: acceptior atq̧ honorabilior reputat̃· quã nõnulli nobilitatẽ politicã appellãt· Inquiremuſ igit̃ primo quid ſit ea carnis nobilitas·Demũ quãdo: quomõ: & p̱ que & q̃lia media acquirat̃· Omiſſis itaq̧ plurimis q̃ in ea re adduci poſſent: ſatis nobis eſt Ariſtotelis amplecti ſẽtentiã· Is·n·in rhetoricis nobilitatẽ idẽ eſſe uoluit: q̃d uirtuſ generis·Ex eo quidẽ appellamus quoſdã nobileſ: qui ex honorabili gen̄e ortũ trahũt· Genus uero ea ratione honorabile dicit̃: quia ab antiquo multi· ex ea ꝓgenie inſignes: & honorati uiri ꝓceſſerũt· Et ut agamus breuius: ingenuitas iſta pollitica, quã uulguſ nobilitatẽ appellat: nihil aliud fore credit̃: q̃ ex aliquo antiquo genere & honorata ꝓſapia ꝓceſſiſſe· in q̃ ab ãtiquo plurimi euaſere inſignes & honorati uiri: aut in pricipãdo uel p̄ſidendo: aut alios publicos & honeſtos actus: uel p̄ncipis iuſſu· uel populi aſſẽſu exercẽdo· Nec huic ſñæ idẽ phũs ↄtradicere uidet̃: cui noſter Seneca ſatis aſſentit· Hi enĩ nobilitatẽ antiq̃tas dicũt eſſe diuitias·Quod putamus ideo dictũ eſſe: quia ſecũdum cõmunẽ hominũ opinioeꝫ oĩa mẽſurant̃ nũmiſmate · ut uerꝝ ſit quod ſapiens ait: q̃a pecuniæ obediũt oĩa· quo

fit: ut pecunia ipsa ꝑcium esse uideatur cuiusq rei. Ex hoc enī q aliqui sūt diuites: facile reputant̄ digni ad ꝑncipādum: seu in populis ꝑsidendū. et eoipso credunt̄ esse in signes & honore digni. Ex qua re inoleuit eundē phūm & sapientes dicere: nobilitatē esse antiq̄tas diuitias n̄ utiq ut solæ antiq̄ diuitiæ simplicit̄ nobilitatē pariant: sed ut idem philosophus in quīto politicoꝝ ait: exigit̄ q simul cum diuitiis. assistāt ꝓgenitoꝝ uirtus & merita. eo modo quo diximus. Sūt itaq diuitiæ nō formalit̄ inducētes claritudinē generis: sed instrumentalit̄. tanq̄ signū nobilitatis. Sed nec alio misterio uacat: q ipē phūs & sapiētes, nobilitatē antiq̄tas diuitias dixerūt: ut uidelicet recētes diuitias, ad nobilitatē causandā mīme sufficere demonstrarēt. Cuius causā idē philosophus in rhetoricis pulchre assignat. Ait enī qa nuꝑ ditatū esse: est q̄dam ineruditio diuitiaꝝ. ea de re phūs ipē tales nuꝑ ditatos: fortunatos insensatos recte uocat. Recent̄ enī ditati: nesciunt formare: nec dirigere bona fortunę ad opa uirtuosa: sicut antiquitus ditati: q̄ insignes fuerūt atq diuitiis & potētia: & aliis bonis fortunæ uirtuose & tempate usi sunt: nolētes a suis degenerare ꝓgenitoribus. Ex quo illud aptissimū uidet̄: qa nuꝑ ditati: nō recte nobiles dici possūt. ꝓ eo q nō ex insigni genere nec ex ātiqs diuitibus uirtuose opantibus ꝓcessere. Et simili modo aliq recte nobiles esse possūt: qui ex nobili antiq̄ ꝓsapia sūt geniti: licet ex aliquo infortunio nō sint diuites: sicut illi qui nuꝑ ditati sūt. Sed ꝑdictis philosophoꝝ sentētiis, pulchꝝ est sacraꝝ scripturaꝝ testimonia addere: a q̄bus ōnis sapiētia deriuata est. Illud enī ꝑmo roborat rex & ꝓpheta dauid nā patꝝ merita posteros nobilitate asserit, cū ait: potens in terra erit semen eius. Et statī subiicit: gloria & diuitię in domo eius id ē posteritate. q̄si dixerit. Quia ob ꝑentū ꝑclara gesta: semen

eius acquirit potentiã & gloriã nobilitatis: sed & diuiti-
as. q̃ simul p̃cipua sūt fūdamēta & ptes substātiales nobili
tatis generis. ut p̃diximus. Rursus scribit̃ in ecclesiastico:
deus honorat patrē in filios. & addit: benedictio pr̄is fir-
mat domos filiorum. id est merita clara pentum, quibus be-
nedicunt̃: cōmendant̃ ac honorant̃. firmantq; filios in uera
nobilitate carnis. Et sequit̃ in expresso: gloria enī homīs
ex honore pentum. & dedecus filii: pater sine honore. Quę
pulchra sentētia, insinuat gloriã nobilitatis q̃maxime pen
dere ex pentum honore. ueluti ecōtrario ignobilitas & de
decus, filios sequit̃: si illorum patres segnes & mīme honora
ti fuerint. Et hoc iterum idē sapiēs cōfirmat, cū subiicit: gl'a
diuitū honoratorum, apprehēdet & filios: uidelicet in glo-
ria nobilitatis. Liq̃do igit̃ demōstrat̃: quia uerã carnis no
bilitatē nō sole diuitiæ generãt. quia scriptū est: n̄ magni
ficauit uirum peccatorē diuitē. Itaq; uirtus, merita, & p̃clara
pentum gesta, q̃ eos insignes & honorabiles reddiderūt: ue
ram carnis ingenuitatē ad posteros trãsmittūt. Sed & posi
tiua iura ea q̃ dicta sunt q̃maxime cōfirmãt: ueluti quę si
recta iura sunt: a diuino iure moraliq; & politica doctri-
na, discrepare mīme cōuenit. Habent enī nobilitatē ex tri
bus cōfici: nataliū ãtiq̃tate: honoribus & diuitiis: licet di
uerso modo ut p̃diximus. quæ oīa ut notissima ptranseo.
Ex quibus liquido intueri unusq̃sq; potest: q nō recte di
ci possit, pricipes sua uolūtate eos efficere posse nobiles: q
ex plebeis orti sunt pentibus. Requisitus quadam die atq;
plurimū lacessitus Sigismūdus cæsar, a quodã plebeo sibi
admodū dilecto: ut illū nobilē faceret: nō insule, sed do-
cte simul & facete respōdit: diuitē inquit aut exēptū, te fa
cere possū: nobilē uero mīme. ut antiq̃tas diuitias, longe-
uamq; ingenuitatē: nō recentē p̄ncipis gratiã: ueros effice-
re nobiles demonstraret: q plerūq; nulla obsistēte uirtutis

13

ac ꝓbitatis causa: p̄imos claros fecisse arbitrant̄: quos potius exemptos, q̄ in genuos dixeri. Politica igit̄ atq̄ ista uulgata generis claritas. nō alieno ꝑuilegio: sed priscoꝝ ꝓbitate & uirtutis ope compat̄. Quæ quāto antiqor: tanto nobilior & magis relucet a pentibus relicta: q̄ a ꝑncipe sū uirtute donata. Sed teste philosopho: ideo nobilitas in āntiquitate laudat̄. qa in eis ātiqua fuit uirtus. Nec ꝓpterea illud nego: qa nobilitas carnis tēpore incipit: & tēpore desinit & ueluti incipit ꝓbitate pentū: cessat & uitiis successoꝝ. adeo ut pleruq̄ claritatē. quā lōga tēpora ꝓduxerūt: una dies pimat. De qbus recte dici posset: quia cū se nobiles fingūt: tūc tales esse desinunt. Fateor etiā p̄imos fore qui strēnuitate: uirtute: opa in remp. collata meruer̄t ut nobiles sint cū fiūt: nō cum nascunt̄. Quibus etsi ꝑscorū suoꝝ clara facinora desint: iuuat ꝓpria strennuitas & propria uirtus quia ut aiūt: nesciūt cur ad nobilitatis actus, magis inuitet aliena: q̄ sua ꝓbitas. aut potius moueāt defunctoꝝ: q̄ uiuoꝝ ꝑsentiūq̄ exempla. ut in octauo capitulo in fine dicemus. Sed certe tales uerius nobiles esse incipere: q̄ plene ꝑfecteq̄ claros esse dixeri. Putarūt g̊ ex ꝑmissis pleriq̄ sapiētes: nō insulse cæsarē aut regē: plebeū hominē, uerū nobilē facere nō posse: cū nobilitas ipsa carnis a ꝓgenitoribus naturalit̄ imposteros ꝓcedere uideat̄. Idq̄ in ecclesiastico sapiens affirmare uidet̄. Ait. n. q̄si in eodem casu dixerit: noli querere ab homine dignitatem: nec a rege honorē scilicet nobilitatis & claritatis. Accedit ad hoc. quia ꝯstat ꝑncipem mutare nō posse naturę cursum. nec nostrū affirmare aut negare: aliqd mutat in re ipa Putamus tn̄ distīguendū. Nam si loquim̄ de nobilitate ad ꝓgenitores relata: quia natus aliqs est de nō nobili parē rela: planū: fore credimus talē impossibile fore p ꝑncipem nobilē fieri posse, tāq̄ ex nobili ꝓsapia: cū illa ꝑsupponat

iã diu factã esse: nec fieri mõ potest. Cũ uero loquim̃ de nobilitate ad seipsũ relata: tũc putamus regẽ aut pncipẽ nobiles facere posse. Nam creabit eũ militẽ: demũ decorabit eũ pfectura ut dignitate. Quo casu: posteros uere nobilitabit. ipse uero nobilis esse incipiet: q ignobilis esse desiit. Itaq honor illius auctus est: sed cõditio nõ mutatr. Habebitq qndã nobilitatis imaginẽ: tamẽ quo ad uulgi opinionẽ: aut plebeus manebit: aut pteritæ ignobilitatis uestigia: nõ usqq̃q cessabũt. Quam qdem opionẽ pnceps mutare aut delere neqq̃ potest. Nec obstare uidet, qd dici potest: quia talis nobilitas p pncipem ex mera grã ɔcedentis indulget. nõ quidẽ ex meritis. aut ãtiq̃ psapia parentũ. qa dicimus: licet ea nobilitas ex uolũtate depẽdeat ɔcedẽtis: terminat tñ in illius psonã. q debet nobilis effici. Incipit ergo a pgenitoribus. Quare talẽ appellare solemus nobilem factum: non natũ;

¶ Ca. sextũ: de multiplici nobilitate. & an sola generis nobilitas in deferẽdis honoribus & pmiis: pferat strennuitati: aut sciẽtiæ uel uirtuti hoĩs ignobilis generis.

Nobilitatis igit generis dũ uim atq naturã inquirimus: pulchrum erit ut id inuestigemus in quo plurimoꝝ oberrarũt ingenia. Sæpe quidẽ non ab re etiã sapiẽtes ipi dubitarũt: quę nã haꝝ nobilitatũ alti in huius sęculi assequẽdis: aut pmerẽdis honoribus: seu deferendis pmiis pferat. an ea: q̃ solũ ex genere hominibus puenit: an altera ex uirtutibus: sciã & meritis compata. Quid enĩ si quis in armis strenuus: fortis: prudẽs: nõ tam genere nobilis: cum alio cõcurrat qui genere clarus est sed obscurus meritis? Aut quid si sapiẽs ignobilis. cũ nobili sup dignitate decertat? Quibusdã certe uidet nobilitati

20

antiq̄ti generis simpl̄r deferendū primo ob suorꝝ in rē p. merita. Eo p̄sertim: quia ius naturale nobili opitulari uideť. Constat enī ingenuitatē natalem potiora iura obtinere: q̄uis accidētali nobilitate. Rursus ut est philosophi in ethicis sn̄a: nōnulli sūt uirtutibus p̄diti: tamē nobilitate p̄uati. Facile enī reperiri libet rusticū: aut plebeū fortē: prudentē: animosū in his q̄ ei cōgruūt. p̄ncipari tamē aut p̄sidere nesciret. Deniq̧ nō uideť nobilitatē p̄di posse per uitia filiorꝝ. Nam sapiēs in ecclesiasten ait: a principe. stultū positū in sublimi dignitate. Ex quo innuit nobilē esse licet stultū. Demū eam p̄tem philosophus tueri uideť: qui in politicis ait ingenuitatē clari generis esse opus laudabile. Cōstat. n. ex opibus laude dignis: deberi honoris p̄miū & reuerentiā. Postremo ph̄us ipse & alii sapiētes: nobilitatē ipsā antiq̄tas diuitias diffinierūt nec aliis uirtutis āminiculis opus esse. Econť q̄busdam uideť ignobilem ꝓgenie: t̄n actu strenuū: fortē & prudentē: & longe fortius sapientē: nobili generis p̄ferendū. Vt. n. ait laureatus petrarcha: & ab alio sapiēte didicit: q̄nto sit nobilior, rusticus uir fortis: q̄ ignauus nobilis: illud nobis apte demōstrat: si mēte pensamus: q̄nto sit melius nobilitatē fūdare q̄ euertere. Sed & q eā p̄tē tuenť. aiūt: q̄a iuxta ph̄m in politicis dignitas & honor ad quā nobilitas ordinať: p̄cipue distribui debet scd̄m ꝓportionē & excessū bonorꝝ aīe nō scd̄m excessū bonorꝝ corporis. Cuius causā idē Aristoteles in p̄mo politicorꝝ assignat: uidelicet q̄a talibus bonis corp̄is & fortunę ꝯtingit male & bene uti. Quo fit: ut non recte in eis uera possit locari nobilitas: licet organice talia bona eā ipsā ingenuitatē cōdecorēt. Si enī in exterioribus fortunæ bonis. nobilitas ꝯsisteret: tūc q̄nto ditior quis foret: tāto esset nobilior. Quod asserere nihil aliud est: q̄ illā falsā, sed facetā cuiusdā mulieris amplecti opio-

nem: quã phũs in rhetoricis refert: qa cum interrogaret an optaret filiũ sapientẽ: uel diuitẽ: illa respõdit: optimam certe fore sapientiam: uidebat tñ sapiẽtes ipsos, diuitũ ia nuas frequẽtare: & nõ econt̃. Cũ igit̃ nobilitas int̃ extrĩse ca bona ↄputet̃: ↄstat nullũ ꝓpt̃ eam solã, honorandũ fore. Et hoc est qd̃ aristoteles ipe subiicit: inqens potius homi nes honorãdos esse ꝓpt̃ intrinseca: q̃ extrinseca bõ. Adii tiens: quia nobilitas sola ꝓgenitoꝝ, nõ facit formalit̃ ho minẽ claꝝ. Adde quia fœlicitas ad quã õnis humanus aĩ mus suspirat: neq̃q̃ ↄsistit in his exterioribus bonis: nobili tatẽ uero nemo negabit esse aliquid fœlicitatis. Qd̃ ipse phũs testat̃ inquiens: nobiles genere fortunatos & fœli ces dici. Rursus eam ꝑtem roborare uidet̃ natalis ratio. Si enĩ genere nobilis tñ uitiosus. plusq̃ uirtuosus ignobilis honoraret̃: absurdũ admodũ sequeret̃: uidelȝ ꝙ uitia p̃mi arent̃: dignaꝗ honore forent: & uirtutes pellerent̃. Quod Aristoteles in politicis dãnat, dum regulã tradit: neminẽ debere honorari nisi scd̃m excessũ uirtutũ: q̃ sunt bona aĩe ut p̃diximus deniꝗ ipsa sciẽtia hoĩes nobilitat. ut iura cla mãt. Hinc lex ciuilis habet. ¶ Quia ulpianus iuriscõsultus recte nobilis appellat̃. nõ quidẽ ꝓpter genus: sed ꝓpter scientiã & abundantiã meritoꝝ. Faciũt plurimũ ꝓ hac par te p̃clara Salustii uerba: de qbus stati in fine octaui capi tuli. Valida certe utrinꝗ iacula emittunt̃: dubiãꝗ admo dum atꝗ ancipitẽ ↄtrouersiam agũt. Pro q̃ diluẽda & ueri tate eliciẽda: lõga discussione opus esset. Nõnulli. n. sibi scioli, q̃dam dixerũt: quoꝝ p̃ncipia ignorare uident̃: dũ so lũ nudas theoricas iuris sequũt̃. Ego uero fateor me igno rare: cum eis. ipsã tamẽ ignorãtiã explicãdo: putarẽ recte dici posse: nobilẽ antiq generis simplr̃ p̃ferendũ ignobili: ꝑqlibus ãbobus, sciẽtia aut meritis existentibus. Primo: qa nobilis gradũ gradui adiicit. ut iura testant̃. Si uero esset

21

inæqualitas: nõ arbitror habendã esse rationẽ nobilitatis tanta enĩ posset esse huius ignobilis strenuitas & merito-rum ꝓrogatiua: & alterius nobilis tantus uitiorꝝ excessus: quod scd̃m omniũ opĩonẽ ignobilis merito deberet ante-ferri primũ ipsa lex ꝓbat. ait enĩ qa licet q meritis & la-bore uicit: p̃mio quoq; & honore uincere debet: tñ qa ꝓxi-mis sacrorꝝ scriniorꝝ genitus repit̃: facilius anteferẽt. & ita cõsuetudo obtinet. Et in hoc residere uident̃ nõnullę posi-tiones iuristarꝝ. Licet igit̃ huiusmodi positio scd̃m p̃sentẽ iustitiam uera credat̃: eam tñ insufficientẽ: nimisq; genera-lem dixerim. Qua de re arbitror intelligẽdã fore: q̃admo-dũ phũs in politicis subtilius explicat. Quid. n. si nobilis & ignobilis uirtutis & scientiæ ęqualia sint merita: tñ in eo actu aut honore de quo agit̃: ignobilis nobilẽ excede-ret. Pone enĩ inq̃t phũs utrũq; cõcurrere ad officiũ fistulã-di, aut cytharisãdi: nemo sane mẽtis diceret, nobilẽ qa ta-lem: ignobili in ea re trito p̃ferendũ. Nec alit̃ in honori-bus p̃ncipandi aut p̃sidẽdi si ignobilis ad eum actũ aptior putat̃ scd̃m uirtutẽ: licet a nobili nedũ nobilitate carnis: sed in q̇busdã aliis meritis excedat̃: tñ recte quo ad illũ actũ p̃ferendus est ignobilis cui sẽtentiæ nõnulli iuris di-uini & humani interp̃tes annuere uident̃. Aiũt. n. aliq̇ñ nobilitatẽ carnis p̃ferendã sciæ: etiã in ecclesiasticis hono-ribus. cũ p potentiã nobiliũ. rebelles arcent̃: q pacẽ ꝑtur-bant. Nã tales nobiles lõge facilius ecclesiã tueri ualẽt: quia ut aiũt res p. ecclesiastica: nõ tantũ indiget oculo do-ctrinæ: sed & manu: ut luporꝝ rabies ↄp̄mat̃. Vbi tam̃ scię̃-tia ad hæreses extirpãdas opus esset: p̃ferret̃ sapiẽs. Quo sensu intelligẽda sũt sacrorꝝ canonũ decreta: & sanctorꝝ di-cta doctorꝝ: p̃sertim hieronymi dicẽtis: nõ sãguini: sed ui-tæ & doctrinę honores distribuẽdos sed & illud uidelicet, cũ scientia hominẽ nobilitet atq; illustret: merito tanq̃ p̃-

22

ciosius & nobilius bonū similit̄ p̄ferendū credat̄ carnis no
bilitati: tanq̄ bono corpis. Itaq̄ utraq̄ nobilitas excedit
& excedit̄ scd̄m æq̄litatē aut ineq̄litatē meritor: & natu
rā actus in q̄ concurrūt. Idq̄ paucis, sed sapiētibus uerbis,
Grego. dicere uidet̄ in pastorali cū ait: quis nescit, in na
tura gēmar carbūculus iacīcto p̄fert̄: tn̄ rubei coloris iaci
ctus, p̄fert̄ pallēti carbūculo: Quia & illa, qđ ordo naturę
subtrahit: species coloris adiūgit. & hūc q̄ naturalis ordo
p̄tulit: coloris q̄litas defert. Sic itaq̄ intelligēda sūt q̄ in
oppositū adducunt̄. Illa p̄sertim: q̄ in ecclesiastico habent̄.
dicebā inq̄t meliorē esse sapientiā q̄ uires. Et rursus: quō
sapiētia pauperis est cōtenta: Ex quibus facile ad utrasq̄
ratioēs respōdere libet. ad eas p̄sertim: quæ cōcludere ui
dent̄. Quia si natus nobilis, tamē uitiosus: ignobili uirtuo
so p̄ferret̄: tūc laudaret̄ atq̄ honoraret̄ uitiū. Quia dicimꝰ
eos nō honorādos: tanq̄ formalit̄ bonos & uirtute p̄ditos:
sed tanq̄ bonos instrumētalit̄. & ut signū bonitatis. ueluti
ꝯmendamus urinā sui natura fetidā, rep̄sentatione: quia si
gnat bonitatē id est corporis sanitatem.

Ca. vii de laudibus: præconiis & cōmendatioē nobili
tatis generis. & de illius uirtutibus & utilitate.

Consuetū igit̄ ordinē sequētes: post p̄missa quę de
nobilitate adduximus: afferenda sunt breui ser
mone paucula ex multis, laudū preconia: p̄rogati
uæ: & exellentię nobilitatis humanę. & ilico eiusdē uani
tates: incomoda: dāna & p̄icula: afflictiones & erūnæ sub
cinctæ recensenda. Et quanq̄ ex his quę pauloante tetigi
mus facile libet attingere, q̄nta sit huius ingenuitatis ex
ellētia: q̄ta uis ex his maxime quæ ilico subiitiemus, eius
dem nobilitatis splēdor & gloria uberius resultabit. Hęc

certe est illa p̄clarissima gēma: humanæ naturæ diuinitus
missa. qua ut cetera taceā: homo nō a casu: nō fortuitu: nō
denique ab accidenti: sed ab ipsa rerum natura, dignior & ex-
ellentior habetur. Cetere quidē humanæ dignitates: hono-
res. cæteraque bona, homines subsequuntur. Nec uero genero
sa nobilitas, una cū homine cōcipitur: quippe ante ab ipa lu
stratur: q̄ a pentibus nascatur. Quod sanctus patriarcha Iob p
pulchre demōstrat cum ait: gl'a eorum a partu: ac ab utero &
cōceptu honor illius. Hinc in ecclesiastico sapiēs ait: gl'a ho
minis ex honore patris. Et licz teste pphēta mortales ho-
mines natalibus æquales sumus: ueluti filii excelsi ōnes:
adeo ut unus fons omniū sit: ipsa tamē generosa nobilitas
alios aliis p̄fert. Et iuxta apostolū: uelut stella differt a
stella: sic gloriosa ingenuitas hominē discernit ab homīe.
ne pari laude aut honoris p̄mio, pfruantur: qui inæq̄li uirtu
tum & generis claritate illustrantur. Quis enī alti seminis
ppaginē negabit suam nobilitare posteritatē. quā potius
exaltat: sicut uilis & abiectus a sua uilescit. Vnde quidā
ex sapientibus in uersu dicebat: nobilitas hoīs est mens
deitatis imago. Nobilitas hoīs uirtutū clara ppago. No
bilitas hoīs humilē releuare iacentē. Nobilitas hoīs mē
tē refrenare furētē. Nobilitas hoīs ēpia nulla timere. No
bilitas hoīs naturæ iura tenere. Denique (ut in rhetoricis
philosopho placuit) nobilitati ōnes pene uirtutes famu-
lantur. ad quas ipsa natura parēs pecularius cæteris nobi-
les ipsos inclinat. Primo quidē humiles & māsueti nobi-
les existūt: elationē fugiūt. p eo maxime. quia eorum pgeni
tores potētia, & diuitiis: recte & moderate usi fuere. Quo
fit: ut nō facile supbia inflentur: q̄admodū q nuper atque re-
cent ditati sunt. Secūdo nobilitati deseruit magnanimi-
tas. q̄ res agit: ut contumeliosi mīme existāt. Hi. n. cum ad
magna suspiret: parua iniuria nusq̄ cōmouentur. parcūt: in-

dulgēt: sufferūt. tāto facilius imbecillibus: q̄to resistūt for tius supbis. Tertio nobilitatē cōciliat tempantia. Sūt enī nobiles ut plurimū: in rei p. cura occupati. ea de re assue ti sunt tēperate uiuere. Quarto nobilitas est plurimū ho noratiua: nec aliorꝝ despectiua. n̄ enī reputāt nobiles alia bona nisi aīæ: q̄re uirtuti deditos nō despitiūt. Quīto no bilitatē ipsā prudentia & industria comitatē. subtilitē. n. ge nerosi inuestigāt: quid eos agere oporteat qm̄ plurimi il lorꝝ opa intuentē: & qcquid agāt: q̄litē ue domi uiuāt. quid teneāt: uicini oēs nouerūt. & uelut exploratores eorꝝ sūt cōstituti quo fit. ut solliciti: intenti: prudētes: & cūcta ꝓui dētes existāt. Sexto nobilitas affabilis est & plurimū cu rialis. Cōmunitē enī uersantē in regū domibus & ꝑncipū cu riis: sicut e uestigio rustici tanq̄ solitarii rudes & siluestres in campis uiuitāt & ob eā rem ut phō placuit: neq̄q̄ sunt bene cōuersatiui. Postremo nobilitas ipsa nō solum uiuē tibus, sed & morietibus laudes, & p̄conia pit. nec modo na scendo q̄ritē & uiuēdo cōseruatē: quīimo sæpe etiā (qđ mira bile est) moriēdo augetē. Idq̄ gloriosus ille machabeorum dux nō negauit. de quo scriptura ait. qa elegit nobilitē mo ri: potius q̄ subditum esse peccātibus;

Ca. viii. de uanitate nobilitatis humanę & de uitiis q̄ eam comitantē: & de plurimis excessibus nobiliū: & de falsa nominatione nobilitatis: & de illius incomodis laboribus: & periculis.

COgit iam aduersantiū turba: ut huius tam lauda te, ac caducæ, sed & inanis carnis nobilitatis ua nitatē: ignauiā: incōstantiā: cęteraq̄ incomoda: af flictiones: erumnas: & picula paucula ex multis attīgamus in primis itaq̄ illud uellē semp cūctis mortalibus menti

defixũ esse: qđ unus ex sapientibus ait. Quia si humanæ na
tẽrę obscenã fabricã, ac turpẽ materiã cõspicimus: de terrenę
carnis nobilitate disputare. nil aliud uidebit͂: q̃ de sterco
ris, aut luti claritate certare. Vnde apud machabeos scribi
tur gloria eorꝝ stercus, & uermis. Quod & Isaias nõ igno
rauit cũ ait: magistratus, & honor illius q̃si lutũ. Quid eni͂
supbit terra, & cinis? Vnde crisostimus uana est nobilitas
carnis infructuosa, & pudorosa, atq; nociua: nisi comitetur
uirtus. Et boetius q̃ (inquit) inane, & q̃ fictile nobilitatis
nomen: quis non uideat? Quare splẽdidum te, si tuam nõ
habeas: aliena claritudo non efficit. Et apuleius in honori
bus (inquit) assequendis: noli aliena appetere. Aliena uo
co: q̃ pentes peperũt. cum ridiculosa iactãtia sit: de alieno
gloriari. Et poæta Petrarcha laureatus ait. Sicut postero
rũ maculæ parẽtibus nõ obsũt: sic nec maiorꝝ splẽdor descẽ
dentes illustrat. Vnde ad quendã dicebat. Mallẽ p teipsũ
alii: q̃ tu p alios noscẽris. Et subdit. quia mira res est id
uideri cupe: qđ nõ sũt. Fures, adulteri, tenebras querũt: so
la hæc uana & falsa nobilitas (licet uitiis obtenebrata)
lucem q̃rit: agnosci appetit: cui sanum esset consiliũ nesciri.
Qui ergo ueri nobiles esse cupiũt: aliquid agant, ut sint
nobiles. quia & maiores sui (nisi aliqđ p̃clarũ egissent) nũ
q̃ nobiles fuissẽt. demũ (ut hieronymus ait) nihil aliud ui
deo in generis nobilitate appetendũ: nisi q̧ appellati no
biles, quadã necessitate cõstringunt͂: ne a pgenitorꝝ pbi
tate degenerẽt. Quis tñ non uidet plurimos filios: a suorꝝ
claritate degenerasse? Quippe qui q̃to patres fuere clari
ores: tãto ipsi euasere obscuriores. ut tot labores filii ppe
ti uideant͂, in sectandis uitiis: quot pr̃es eorꝝ in sectãdis
uirtutibus. Tot deniq; studia sollertias filii in pdenda no
bilitate impẽdãt: quot illi in acquirẽda habuere. Idq; (ut
quidã sapiens ait) in africani filio libet intueri: qui licet

ex patre clarissimo genitus, primis uitiis sorduit. Etsi nobilitas p manus tradi potuisset: clarissimũ illũ africanus patrẽ effecisset. Verũ illũ pat potuit amare: sed nõ potuit illustare. hæreditatemq; uniuersã locupletẽ (q̃ sua erat) ei in testamẽto reliqt: claritudinẽ dimisisse non ualuit. Quæ res aptissime pbat. quia aut nobilitas ipa nihil õnino erat: aut pr q oĩa reliqt, eam in bonis suis nõ habebat. Falso igit asseuerat nobilitatẽ a pentibus suscepisse: quã ipsi liberit dimisisset: si ualuisset, aut habuisset. Oĩs successio etiam uilissimarũ rerũ: iudicio testatoris accipit. sola nobilitas sua uolũtate nõ trãsmittit. O quot patres infinitã suę lucis eclipsim, in filiis patiunt. ut uerũ sit qd scribit: quia dãt maculã glorię pentũ. Demũ q̃tum discrimini: q̃tum periculo pximũ sit, incõstanti & uolubili rei animũ dare: nemo est qui nesciat. Volubilis enĩ atq; incõstans est hec nobilitas: & õni mobilitate mobilior. Qui enĩ heri arabat: hodie militat. & qui heri p urbes medias, aureis habenis supbus incedere, populosq; regere solebat: hodie p squalentẽ campũ pigros boues puo pugioẽ solicitat. Seruorũ filios in solio sæpe uidimus: & filios regũ in ergasculis. Quid ergo tam instabile: qd tã uariabile? Quare nobilitatis assentatoribus mĩme assentiendũ puto. Aiũt enĩ p eo eam ipsã ingenuitatẽ magni fore pcii: & qa naturalit hominibus inest. Ego uero ñ satis uideo, quo pacto uerũ dixerit. qd ex eo pmo patet: quia tũc oẽs hoĩes nobiles essent. Adde: quia ea uere naturalia sũt: q̃ sp & ubiq; insunt: ut phõ placuit: nobilitas uero tam uolubilis est: ut mulier q̃ heri clara fuit: hodie sine eius culpa, imo recte & sãcte agẽs, si plebeo nupserit ignobilis efficiat. Et idẽ in eo: qui pter delictũ, nobilitatẽ perdit quo fiet: ut aliq̃ tẽporis pte in fœlix homo sit nobilis: & alia ignobilis. & e uestigio. Rursus nec õni loco nobilitas inest. Sarracenus enĩ nobilis, a

24

nobis captus, proculdubio ignobilis erit: qa seruus effectus. & simili mo, si catholicus ab infidelibus capiat. Deniq id ipsũ & in milite cõspicimus. nõ enĩ militia ubiq, & uniformit nobilitatẽ efficit. Nã cum de equestri dignitate, leges & ciuilia iura loquũt: solum milites urbis romę nobiles appellat. Habẽt deniq nobiles qdam peculiaria: sibiq naturalia (forte dixerĩ indelebilia) uitia: ad quę (teste phõ in rhetoricis) q maxime natura ipsa inclinat: ipsi tñ actualit opant. Primo quidẽ nobiles plurimũ sũt honoris appetitiui, & ambiciosi. Est enĩ (ut aristoteles ait) naturale homines accumulare uelle ad id qd habent. qre dum ditari incipiũt: indies uolũt fieri ditiores. & qui honorant: cupiunt effici honorabiliores. Nobiles uero cũ ex eorũ genere honorabiles uideant: idcirco poptãt accumulare ad ea quę habent: conantq fieri honorabiliores. Quo fit: ut nimium honoris, & potentiæ sint appetitiui: ueluti ad id proximiores. Secũdo uitupabile admodũ uitiũ & monstro simile, nobiles ipsi naturalit amplectunt. Sũt enĩ (eodẽ phõ teste) adeo elati: ut etiã progenitorũ sint ut plurimũ despectores. Cuius ea ratio putat: qm se reputãt nobiliores atq maiores: q eorũ patres. Quod ideo cõtingit: quia (ut idem phũs subdit) semp nobilitas lõge facta maior est q propinq. Testis est huius detestãdi facinoris, nobilis ille alexãder magnus. qui rege philippo & pre uitiis (nescio si uirtutibus) maior extitit. de quo policratus ait. Quia etsi pat plimis artibus, orbis impii cõsequẽdi fundamẽta iecisset: tãtã gloriã filius ferre nõ ualebat. Quĩimo tã incõtinẽtissimę fuit inuidiæ, paternę glorię: ut cũ patris triũphos, uirtutes, preclaraq gesta audiret: lachrymas p dolore extorqret: easq despitiebat: forte dixerim minuebat: ac si paterna uirtus omniũ a se gestorũ gloriã eriperet. eos uero q talia referebant, propriis plerũq manibus inficiebat: aut rapi ad pœ-

nas iubebat. Rursus pua sunt nobiliũ uitia q̃ tetigimus:
nisi alia e s familiarissima addideris. Primo quidẽ deũ &
ecclesiã q̃ illos regenerauit: cõtemnũt: quos cũ nobilitatis
iactura ipse cõminatᷣ inquiẽs: q me cõtemnũt nõ erũt no-
biles. Secũdo nullus est illis plerũq; in delinquẽdo pudor:
nulla uerecũdia. Quippe qui falso putãt licentiã peccãdi,
cũ carnis ingenuitate impetrasse. Nõ attẽdentes: qa (iuxta
Ambrosiũ) uerecũdia exercẽdi ẽpia ingenuos & claros ꝓ-
dit natales: inuerecundia uero obscuros reddit. nec aliena
uirtus a ꝓpriis facinoribus excusat. Hinc nobilis ille sena
tor Boetius: nescio (inqt) quo pacto ex se obscuꝝ aliena cla
ritudo claꝝ reddat. Recte igiᷣ Apuleius tales uocat sor-
dida loca, sole illuminata: aut umbras deformes. Et sub-
dit: quia ii nobilitatẽ ipsã (q̃ uirtutis instrumentũ cõstitu
ta est) ut scutũ, & castrũ faciũt. quo cũ ea licẽtius se flagiti-
is dedãt atq; defendãt. Tertio ingratitudo & infidelitas
plerũq; eos comitanᷣ. Vt enĩ inqt canon: nõ potest pnci-
pi esse fidelis, q deo est infidelis. Si igiᷣ putãtes se nobi-
les, deũ (cuius expensis uiuũt) diuersis peccatis offẽdũt: re-
cte ingrati quippe & ꝓditores sũt: & merito uilissimi ple
bei censenᷣ. Quarto (cũ uerũ nobilẽ faciat magnimitas: q̃
qs bona corporis ut pua cõtemnit: & magna uidelicet bo-
na animę appetat) nobiles plerũq; pua amplectunᷣ: & ma
gna negligũt. Quinto munifica liberalitas, q̃ maxime no-
bilibus ꝯgruit: ꝓcul est ab eis. Nam cũ beatius sit dare q̃
accipere: nobiles in eo se ingenuos & claros fore putãt: si
ab aliis extorquẽt: si rapiãt. Interrogatus quidã sapiẽs a nõ
nullis nobilibus, q̃ nam foret uerior, maiorq; nobilitas:
Ille indigẽtibus (inquit) munifice dare. cui illi acqeuerᷣt.
Rursus sapiẽs ipse ad eos: dicite (inquit) uersa uice: quam
putatis uiliorẽ ignobilitatẽ. Et illi oppositũ (inquiũt) sẽ-
tentię tuæ. Cum enĩ sũma sit nobilitas munifice dare: cõ-

ſeqñs erit ut ſũma ſit ruſticitas, atq̃ extrema ignobilitas
auferre. Quibus ſapiẽs: ueꝝ (inqt) & rectũ in caput ueſtrꝝ
iudiciũ ꝓnũciaſtis. Cũ. n. aſſiduo a paupibuſ ſua auferatiſ:
uiles, & ſeruiles, ſed & ignobiles uos oſtẽditis. Pluriã cer
te deteſtãda ſũt uitia nobilibus ↄiuncta, atq̃ unita: ꝗ faci-
liuſ ab eiſ cõmittunt: ꝗ ſcriptiſ qbuſlibet referunt. Et hęc
paucis uerbis hierony. explicabat ingenſ. plerũq̃ nobili-
tas carnis, ignobilitatẽ parit mẽtis. Liquet igit ex ꝑmiſ-
ſiſ ꝗta ſit hominũ uanitaſ: tãta uanitate uexari. ſi ueꝝ eſt
quod ſcriptura ait. Quia in uanitate ſua cõphendit uir.
Cõprehendit inꝗ homo in ſua uanitate: dũ ꝑtimis ſeſe pi
culis ſubiicit: ut uano, inani, atq̃ nudo nobilitatis nomĩe
ſe putat decorari. qđ in deutronomio ſcriptura luculent in
ſinuat inquiẽs. nõ eſt ſine piculo: q ſup re uana nomẽ aſſũ
pſit: quid enĩ uaniuſ: qd funeſtius: ꝗ de meritis pentũ glo-
riari: q in ſe ſordet: Quid de patꝝ laude ꝑdicari: q a ſuiſ
uitiiſ deꝑpat: Hinc pulchre Saluſtiuſ in oratioẽ ad mariũ.
Nam cũ emuli, generis ignobilitatẽ ei obiecíſſent: in eoſ
ſic inuehit. Qꝫ ſi me iure (inqt) deſpitiũt: faciãt idẽ maio
ribus ſuis: qbus (uti mihi) ex uirtute, ac ꝑclaris geſtis, no
bilitas cœpit. ſi inuidẽt honori meo: ergo inuideãt & la-
bori, inuideãt innocẽtiæ, atq̃ piculis meis. Et rurſus: nunc
uidete (inqt) ꝗ iniꝗ cõtemnãt: qđ enĩ ſibi ex aliena uirtu-
te arrogãt: id mihi ex mea non cõcedunt. Scilicet qa ima-
gines non habeo: & quia mihi noua nobilitaſ eſt. quam
(ut puto) lõge ſatius eſt pepiſſe: ꝗ (ut illoſ) acceptã corru-
piſſe. Et iterꝝ ſubdit. Nõ poſſũ fidei cauſa imagines neq̃
triũphos, aut conſulatus maioꝝ meoꝝ oſtentare. At ſi res
poſtulet: haſtas, uexillũ faleras, alia militaria dona: ꝑterea
cicatrices in aduerſo corpore: hæ ſũt meæ imagines: hęc in
genuitas, non hæreditate relicta ut illa illis: ſed quę ego
meis ꝑtimis laboribus, piculiſq̃ ꝗſiui. Hęc ille. Hęc paucu

la de nobilitate. q̄ cum uia quædā ad armatā militiā existat: ne tu fili carissime, q militiæ inermi hucusq uacasti: armatā a te nondū expertā, tanq̄ uirtute carentē oīo despicias. Aut ad illā ueluti sūmā, gloria & honore refertā, inde liberatus aspires. Expediēs fore puto: ut huius militaris status & uitę, pmo dulcia & prospera: deinde amara, & afflictiua agnoscas.

Ca. ix. de armata militia, & exercitio armorū. & de laudibus & commendatioē huis exercitii. & an uacātes armis sint ueri ciues, & partes ciuitatis.

PLurima, & laudata, pclaraq exercitia mortalium hominū adinuenit industria. Sed int illa oīa nihil armata militia excellētius: nihil preclarius, & gloriosius. Ea enī exercitatio, utilitate, honore cæteris pstat. Per militiā siqdem, & armorū exercitiū: rei p. qes atq salus qrit ac cōseruat: & ab ōni hostili uastitate liberat. Cuius exercitii laudes, utilitatē pmo ipsa humana indigētia demōstrat, & extollit. ut enī antiq uoluerūt: militia recte manibus compat: q̄ naturę impio pata est ad corpus iuuandū. Sicut. n. manus sūt in corpore natalit institutæ ad reppellēda nociua: ad pcutienda infestātia: ad attrahēda necessaria: & ad cōseruāda alia mēbra corporis, illaq augēda: sic milites ad ista cōficiēda in rem p. pnecessarii existunt. Vnde ualerius de necessitate, ac pfectu militię ait. Disciplina militaris acrit retēta, pncipatū italię romano imperio pepit: multarū urbiū, multorū regnorū, ualidissimarum gētiū regimē largita est. Preterea sūt alię institutioīs eius causę: ortus: atq necessaria principia: quæ illius necessitatē pclare ostendūt. Est enim homo ipse imbecillis, atq nata infirmus: sibiipsi neqq̄ sufficiēs. Itaq societate, & cōsuetu ho

26

mībus opus est: ut quod seorsū agētibus singulis desit: id ꝑ mutuā opē de multitudine socia nāciscant᷑. Hūc cętū phūs in politicis ciuitatē uocat. cuius (ut hippodamus scripsit) tres cēsuit ptes fore necessarias. Primā qdē agricolaꝝ: secūdam artificū: tertiā ꝓpulsatoꝝ belli, & arma tenētiū. Qui ergo tā p̄clarū militię, & armoꝝ initiū cernit: nusq̄ tā insigne exercitiū dānabit. Nec. n. agricultores, sed nec artifices in ciuitate pstabunt absq; ꝓpulsatoribus belli. quorū opera salus ciuitatis: cūcti deniq; status: & ipsa sacra tuta sunt. Plato etiā in his quos de re p. scripsit libris: cū cęteros status in ciuitate instituisset: unū necessariū genus hominū, longe cæteris anposuit, qui arma teneret: ciuesq; alios ab hostibus defēderent. qbus mirifica priuilegia tribuit: honoreq;, & dignitate cæteros uoluit ātecellere. Quod q; si minime honorant᷑: pauci fortes repient᷑. Nā (iuxta sētentiā aristotelis) apud illos inueniunt᷑ fortes milites & thirones: apud quos fortissimi qq; honorant᷑. Et cicero. iacēt ea semp, & paꝝ uigent: q̄ apud quosq; imꝓbant᷑. Ea ergo res p. tyrānidē sapit: q̄ fortes, aut sapiētes mīme honorat. Quis enī clarissimos milites nō cūctis anteponet: quorū pietas in patriā studiosa est: & mors ꝓ illius salute sæpe ab eis offert᷑: Hinc bruti, publiculæ, camilli, scipiones celebrant᷑. Si enī milites in re p. deessent: uirgines passim raperent᷑: matresfamilias ad libidinē traherent᷑: sacra sit, & ꝓfana polluerent᷑: tandēq; cūcta cędibus, & incēdiis (misera q̃dam cōditioē) miscerent᷑: & tandē qcquid prauis hominibus liberet, id innoxios, atq; innocētes pati oporteret. Has uitæ militaris & bellicæ utilitates Aristoteles cōspitiens, in septimo politicoꝝ ait. Quod merito bellicis artibus uacantes: ꝓpriæ sunt ptes ciuitatis. & eos ueros ciues appellat. Subdit enī q; p̄dicti bellici homines, itē cōsiliatiui, iudicatiui, ac etiā sacerdotes: sūt ueræ ptes ciuitatis.

Mercatores uero inq̄tum tales & agricolę, ac artifices, me
chanici, & mercēnarii: q̄tumcūq; sint diuites: licet necessa-
rii sint in ciuitate: nō tamē sunt ueræ partes, nec ciues il-
lius. Cuius ratio est (scd̄m eundē phūm) qa potissima cau
sa & ratio, quare qs est ciuis, aut ps ciuitatis: q̄renda est ex
ratione totius ciuitatis. Et ratio totius ciuitatis q̄rēda est
ex fine: ad quē tendit oīs bene ordinata politica. q̄ est fœ-
licitas: uelut finis totius rei p. Cōstat enī impossibile esse
fœlicitatē sine uirtute existere: q̄ est pncipiū eius. Itaq; nō
facit ciuitatē, neq; eā ↄstituit, ptimos in ea sit uiuere: sed
debet esse cōmuīcatio bonarꝝ actionū ad finē bn̄ & uirtuo
se uiuēdi. Nec etiā ↄstituit ciuitatē, ut ad inuicē uiuāt: nec
iniustū sibi faciāt: sed nec ciuitas nosciē instituta gr̄a mer-
caturę: aut ↄmutationū: licet sint necessarię: sed est institu-
ta gr̄a bene uiuēdi p se, & sufficienē. Quo fit: ut ptes ciui-
tatis, & cuiuslibet reip. detminenē ex uirtute: q̄ est opatio
hominis uirtuosa, & pfecta. Manifestū est aūt mercatores,
agricolas, & mechanicas artes ducētes, nō ꝓprie esse ciues:
neq; p se sufficienē fore ptes ciuitatis. quia uita eorꝝ admo
dū uilis, & abiecta est: cū nō ad uirtutē dirigit aut ordi-
nat hoīes: sed pncipalius ad lucꝝ, & q̄stum ꝓpriū. imo cō
traria est uirtuti: quę fūdata est in honesto. mercatura uero,
& cæterę mechanicę fundanē in utili. Præterea ueris ciui-
bus, & ptibus ciuitatis: necessaria est uacatio ab opationi-
bus uilibus. & oportet aliqn̄ intēdere actibus intellectu
alibus, & talibus opatioībus q̄ generāt uirtutē. qd̄ facere
nō possūt mercatores, agricolę, & artifices: qui oīno sūt de
diti artibus suis. Sacerdotes uero scd̄m eundē phūm: ac cō
siliatiui bellici & iudicatiui uerę sūt ptes ciuitatis: qa nō
essent tales nisi in eis esset prudētia politica. Nā exempli
gr̄a. in bellicis hominibus est prudētia. p quā quis est agres-
siuus terribiliū: quādo & quomō expedit. Nā dicit phūs

27

in secundo politico℞, ꝙ uita militaris multas habet ꝑtes uirtutis. & sic de consiliatiuis, & iudicatiuis, ac de sacerdotibus. quia deт̃minãt de uirtute: ideo sũt ueræ ꝑtes ciuitatis. ¶ Rursus inuestigandũ est de nomĩe militis. Nomẽ itaq; militiæ quidã ideo appellãt: ꝙ a malo arcere solet. q̃i a malo arcẽdo dictos: ꝙ malũ arceãt a ciuitate. Alii uero nomẽ militis grę̃cũ dicũt: ꝙ duritiã significat: q̃si eos nõ molles esse cõueniat. Nõnulli tñ a mille numero milite dictũ putãt: q̃si ex mille electus. Ex õni igit̃ militiæ nomine, atq; ꝑ̇ncipiis, causis, & effectibus facile ꝯgnoscit̃: q̃tæ glorię, & exellẽtię sit, militię uacare. Taceo de dignitatibus: de honoribus tã excellẽtis exercitii: q tam ingẽtes, tãq; insignes existũt: ut eius uirtute sæpe acq̃sita regna: cõꝑata culminũ imperia uideamus. Quo fit: ut õnis generosus animus merito ad eã aspirare debeat. Demũ uero milites gratissimũ deo holocaustũ offerre possũt. & in eodẽ exercitio beati, saluiq; fieri ualebũt. Vnde augustinus ad bonifaciũ: noli (inq̃) extimare neminẽ deo placere posse: qui militaribus armis ministrat. In his erat sãctus Dauid. cui dñs tã magnũ ꝓ̃buit testimoniũ. In his plurimi illius tẽporis iusti fuere. In his erat ille centurio: qui dño dixit. Non sũ dignus, ut intres sub tectũ meũ. Et iter℞ gregori. sũmã ait esse militiæ laudẽ: si quicq̃d im patur utilit̃: ei obtẽpat̃. Adeo bellãdi officiũ sine culpa est: ut etiã sub rege sacrilego, & pagano militare recte possit q̃cunq; catholicus: si tamẽ non sit cont̃ diuinũ mãdatũ id q̃d ꝓ̃cipit̃. uel utrũ sit: certum nõ est: ut diffusius cõtra manicheos augustinus deducit: hinc igit̃ amici & cõtribules, pluribus ad me uerbis referebant: ut militiæ, armisq; exercitio opam darẽ. Addebãt, quoniã ꝓgenitores & sanguine cõiunctos hanc uiuẽdi cõditionem secutus non ignorabam;

Ca. x. de militiæ laboribus: oneribus, atq incomodis eiusdem uitę militaris, ac exercitu armorꝝ: & de piculis huius status. & de causis qbus hoc exercitiū disuadet̃.

ASsurgit mat̃ non pigra his auditis: & uitæ huius militaris & armorꝝ exercitii dāna, incomoda atq picula: ac si armis ipsis expta: eisq rebus trita fuisset: his suasionibus recolebat. Militiæ sectatores, ac arma tenētes, qđ militię: quod armorꝝ officiū sit: ac qd sua pfessio postulat: animo gerere & pensare debēt. Siqdem miles pmo sacramēti atq pfessiois sibi maximū onus imcūbere uidebit. ut rē p. tueat̃: iniurias arceat. Et cū apostolo cōtentus, stipendiis suis neminē cōcutiat. Hæc est eius pfessio: hoc officiū. q̃ si ab eo recte gerunt̃: magna sūt laude, & gloria digna. Si uero ea nō gesserit miles: pculdubio dedecorat illa ōnia, quæ sūt uel officio militis, uel eius pfessioni cōnexa. Cū igit̃ tutādi (ut dixi) officiū militis sit: nihil tam t̃pe, nil tā intolerabile: nil tam pnitiosū. q̃ si ipse q defēsionis nomē habet: uim, atq iniuriā afferat ciuibus. ut unde salus expectat̃: inde scelus nascat̃. A cæteris nāq homībus illatę aduersus ciues iniuriæ: detestabiles admodū sunt. a milite uero si inferant̃: scelerata, impia, atq funesta sacrilegia sunt. & (ut paucis uideatur: q̃tum nefas sit paupes a militibus impugnari) hinc intelligi debet: quia si inopes debilesq miles ipē despitiat: nec aliis impūgnātibus resistat: merito pditionis nomen incurrit. Quis enī dubitat: quin pditor flagiciosus ille sit: q rem custodię, fideiq suæ cōmissam hostibus patefecit: aut uetius ipse disrupit. Milites ergo ciuiū, inopūq custodes: nō solum officio, sed fide: sed sacramento: sed ui, atq natā pfessionis ad hoc unū agendū pncipalit̃ cōstituti noscunt̃. Si ergo paupe rum, ciuiūq tutamē p̃termittūt (quos potius ipsi sacrilego

expilant conatu) sūma ꝓculdubio ꝓdicto existimanda est.
sed tāto insignius facinus erit: si ꝑ se ciues impugnēt. quæ
ōnia an a militibus, armigerisq; nostri tēporis obseruent͛:
facile libet agnoscere. Equidē uersū est ad cōtraria moder
noꝝ studiū militū. Student nanq; cui noceāt: cui uim, & in
iuriā afferant: & q̄ sunt plane officio suo aduersa: ea exer
cēt impune. Nec sūt cōtenti militiā dedecorare atq; fœda
re: sed ꝑimere eius uidelicet naturāq; uident͛. Obliuiscunt͛
siquidē suę ꝓfessiōis. Ad id solū tendūt: ut satis diuitiaꝝ
habeāt. studiū lucrifaciēdi captent. mercaturā deniq; exer
cent: q̄ in eis sordida atq; deformis est. q non solū mercan
do, aut lucricaptādi gratia negociādo: q̄si qdam apostatę a
sua religione censent͛: sed quodammō desertores atq; trāsfu
gę uident͛. quia repudiata religione: turbę se immiscēt ac
pecunię questui intendūt. Taceo sordidiora plerūq; ab eis
exꝑta cōpendia. Taceo locandi publica uectigalia passim
eos assumere: cęteraq; uilia officia exercere. Taceo in nun
dinis tabellarios atq; numularios inuerecunde plerūq; cōsti
tutos fore. qui tā præclaꝝ exercitiū infamare & penitus
deꝑpare nō uerent͛: adeo: ut indigne, falsoq; insignia mili
taria gestēt. & nitorē auri (qd deferre eoꝝ dignitas iubz)
sordido questu coinqnari nō pudet. Quis igit͛ ad hoc exer
citiū aspirabit: in quo nō nisi nomē ōni nudatū effectu ꝓh
dolor remāsit: sed hęc parua cuilibet intuenti uidebunt͛: si
crudeliora quędā alia cōtemplat͛. Et in primis illud scipi
onis occurrit: qd militari uolētibus dicere solitus erat. qa
pauca unicuiq; militiā desyderāti uisa sūt uitæ mala: nisi
militiā addiderit. q̄ inquietū semꝑ uel ingloriū: uel ꝑicu
lo expositū: aut cōtēptui deditū esse oportet. Adde, quod
apostolus ait. qa uita nostra militia est suꝑ terrā. Hāc igit͛
cū nascēdo ꝓfiteamur: qd alia nouę militię ꝓfessione opus
est: Nā ibi fortissimū corpus ferro armat͛: hic aīmus cont͛

dolos, linguã, uersutias & fraudes ꝑmuniri debet. Nescio
igiť quid armari exterius iuuat: cũ intus in anima bellum
sit. Nec illud diffiteor. qa ꝑlimos militia ad ãplas opes:
sed & ad sũmos honoris status ꝓuehit. Sed (nisi fallor) lõ
ge plures ad inopiã: ad carceres: ad seruitutẽ: ad uiolentã,
subitãq́ꝫ mortẽ eodem tramite ꝑueniũt. Nam (ut laureatꝰ
inqt poæta) ex quo quis ꝓfiteri militiã animũ habuit: ni
si dehonestare arma uoluerit: sꝑ animã in manu ꝑiturã ha-
beat necesse ẽ. Corpus uero nõ dicã in ꝑiculo esse: sed ipsũ
quoq́ꝫ ꝑiculũ in corpore. Semꝑ enĩ aures militis (ut uege-
tius ait) uox illa regia intonat. disce ferire: intrepide mo-
ri. Et rursus breue, sed horrendũ militi ꝓuerbium est: uel
occides, ut occideris. in hoc õne ꝑclarum genus militię uer
sať. Adde rursus ad dissuasionẽ huius uitæ militaris: quæ
supra tetigimus in octauo capitulo: cũ de nobilitate egi-
mus. Has igiť piæ matris inuictas rationes cõtemplans: a
sęculariũ militiæ, armoꝝ q́ꝫ exercitio alienũ me reddere cõ
cepi. Sed ilico affiniũ, amicoꝝq́ꝫ ũba carne & sãguine (ut ar
bitror) reuelãtibus: ad reliquũ militãdi genus inermẽ, acer
be grauiťq́ꝫ urgere uisi sũt. Cum enĩ (ut dicebãt) magnam
ętatis partẽ circa humani iuris disciplinã expẽderim: con-
gruũ quĩmo debitũ uidebať: ut quæ in theorica ꝓfecerĩ:
ad praxim deducerẽ: & q̃ studio ipso attigerã: iam mũdus
ipse cõspitiat. Dicebãt enĩ q́ꝫ hñs experientiã, seu oꝑatio-
nem (ut phũs inqt) etiam sine arte magis laudať, magis eti
am ꝓficit in oꝑando: q̃ habẽs artes sine expiẽtia. Vt igiť
in ea uel alia uiuẽdi arte utilius agerẽ: necesse erat uxorẽ
ducere: q̃ firmat homĩes in unoquoq́ꝫ uiuẽdi mõ. & discur-
rẽdi ꝑ orbẽ occasiones tollit. Quare ad eam cõiugalẽ uitã
infrascriptis persuasionibus commonebant.

Ca. xi. de uita & statu cõiugali in sãcto & immaculato

mr̃imonio. & de necessitate utilitate: laudibus & p̱ꝛ̃ro gatiuis uitæ coniugalis sup̱ alia uiuẽdi genera.

tionibus & cruciatibus cōstrictus: ut (q̄admodū de seipso in registro ait) tædio rerꝫ uictus nullū maius suppliciū: q̄ il-lam sūmā fœlicitatē putabat. Dicebat rursus spinosam fore cathedrā romani pōtificis: fastigiūq; illud sūmū acutissimis usq; q̄q; cōsertū aculeis. adeo ut corona, & purpuratū fugium nō tā aurea q̄ ignea censeatᷣ. Idq; & Adrianus papa n̄ nega-bat. Referebat enī sæpe (teste Policrato) quia nō iocundis, lætisq; g̃dibus ascendisset: sed in incude & malleo dilatas-set eū dn̄s. quē p̄cabatᷣ, ut dexterā apponeret: quo insuppor-tabile onus, tanq̄ infœlicē (ut ita dixerim) fœlicitatē ferre posset. ¶ Rursus (iuxta quendā Sapientē) qa dupx se offert mortalibus uia q̄ gradiendū est: altera ad laborē: altera ad miseriā ducit: eligat igiᷣ quā sibi uult sūmus pōtifex. aut enī sese miserꝫ, aut ex libero seruum agnoscat necesse est. Quo fit: ut apud semetipsū q̄etem, animiq; tranqllitatē op-tās, & reqem nō inueniēs: descendisse, nō ascendisse recte ar-bitrabiᷣ. Nā curis multiplicibus implicatus: ascēsiones su-as afflictiōes potius, & spiritus molestias extimabit. qa te-ste Gregorio: q̄nto qs altior erigiᷣ: tāto curis grauioribus oneratᷣ. eisq; populᷣ mēte, & cogitatiōe supponiᷣ: qbus p̄po-niᷣ dignitate. Quo fit: ut q̄ntocūq; ingenio polleat: in tāto curarꝫ tumultu, & aduersantiū sibi rerꝫ assiduo cōflictu, quo se ferat ignoret. Quippe ad spiritualia reddatᷣ imbecillior: qui sibi in t̃renis uideᷣ diligētior. qa (ut aiunt) facile cæle-stia amittūᷣ: cū terrena diligūnᷣ. ¶ Rursus q in eo fastigio sedet, dū securitatē uitæ æternæ captat: ad interitū, ad piculum currit. Quid ergo fœlicitatis habet: cui nihil est securi-tatis: Quis enī securꝫ sūmū pōtificem arbitrabiᷣ: q de por-tu sciens fugit ad naufragiū: Si enī in parua aq̄ cū tempesta-te piculose nauigatᷣ: q̄nto piculosior erit nauigatio in mari magno, & spacioso: ubi reptilia, quorꝫ nō est numerus: quorꝫ quædam blādiendo (Sirenarꝫ more) miseros decipiūt. quos

dum eleuāt: deiiciūt in ꝓfundū maris. Quædā reptiliū genera vt glutiāt, appropinqāt. quæ sua sunt ꝗrūt: nō quæ salutis nauigātiū. Quædā deniqꝫ minus lædūt: dū aperte insidiant᷑. Quædā (more beluaꝝ) sb̄ amicitiæ colore nauia aꝑpinquāt: vt illā dorso subuertāt. quā rectis membris inuadere nō ualuissent. Et (vt paucis agā) qd esse pōt in tanta tempestate secuꝝ: Nam (teste Gregorio) qd est aliud potestas culmīs: nisi tempestas mentis: Distrahit certe tātæ dignitatis cura: tāta reꝝ solicitudo: quæ mēti pōtificis (etiam si ferrea marmoreaqꝫ sit) cōfusionē ingerit, & suiipsius ignorationē. Nam (iuxta Grego.) sæpe suscepta cura regimīs ꝑ diuersa & aduersa in seipsa collidit᷑. & imꝑfectus quisqꝫ inuenit᷑ ad singula: dū cōfusa mente diuidit᷑ ad multa. ¶ Demū in his q̄ diximus si illud infœlicitatis, & ꝑiculi genus addideris: nihil est cur sūmi pōtificis fœlicitatē, infoelicio‑rem & miseriorē cunctis mortaliū miseriis nō cōtendas. Obstat enim suæ suꝑmæ excellētiæ, suæ momētaneæ foelicitati, interioris sui hoīs ignis inextinguibil, ↄscientię remorsus, assiduus v̄mis. q nō ↄsumit nec ↄsumit᷑: sed cruciat. Quæ ōnia tāto ꝑmūt grauius: q̄nto q̄ suo congruūt officio: aut non egisse, aut neglexisse damnabilit᷑ nō ignarat. Deniqꝫ si illū ꝑiculo ꝓximū dicimus, q paucaꝝ aīaꝝ curā suscepit: quo pacto letus, quo securus erit: q oīm curas in se vnū transtulit: fortes certe illos humeros dixerim: nisi leuē putet sarcinā. Quos pulchre Bernhardus tāgit ingens. grauiori & ꝑiculosiori debito tenent᷑ astricti: q multis aīabus rōnem sūt reddi‑turi. quia (iuxta ꝓphetā) de manu pastoris peccata populi reqrunt᷑. Idipsū ꝑiculū sūmi pōtificatus magnus Gregorius plāgebat: atqꝫ in ipsa sua assumptiōe ꝗuissime deplorabat. vt ex eius registro colligit᷑. Ait enī Cor meū dereliqt me. nolite uocare me Noemi. filios enī ꝑdidi: idest opera per terrenas curas. Prius erā sup altitudines t̄ræ: sed post curaꝝ

fluctibus & tempestatibus sum depressus. Et subiicit. Quis ad hoc sufficit onus: Simia uocari leo pōt: sed nunq̄ fieri. q̄si dixerit. Vocari in ecclesia possum summus pōtifex: sed opere fieri nō ualeo talis: nisi q̄ tali dignitati ɔgruūt digne peragam. ¶ Hæc paucula inter nimia de sūmi pōtificis spiritualibus miseriis, laboribus, curis, & mentis amaritudinibus a me breui diserta sunt. Adde quæ infra tangentur: cum de episcoporum, & aliorum ecclesię ministrorum aculeis, laboribus, & periculis sermo erit.

¶ Ca. iiii. ¶ De plurimis temporalibus & corporalibus incōmodis, amaritudibus, & miseriis & calamitatibus Romanorum Pōtificū. & de illorum ꝓmptis, & ei ɔiunctis laboribus & ꝑiculis: anxietatibus & inseparabilibus ęrūnis.

QVi aures audiendi habet: non sine magno mœrore audiuit eas spirituales miserias & mētis afflictiōes paucul as qdem ex multis: sed ueras atq; pergraues: easq; spiritus amaritudines: incōmoditates ac labores: sed & pericula q̄ sūmū pōtificē comitantur. Superest (iuxta pollicitū ordinē) vt cætera incōmoda, aduersa & ꝑicula tēporalia: quæ eosdē sūmos pōtifices dū in hoc laborioso uitæ pn̄tis certamine militāt: tēporalit siue corporalit ꝑmūt, breuissime audiamus. In q̄ re magna nobis se offert ad dicendum copia: si esset qui tā grādi negocio parem dicēdi vim accomodaret. Demus igitur atq; ꝓ constāti fateamur (quod perq̄ difficile contingit) & fingamus alicuius sūmi pōtificis tantā aliqn̄ fuisse aut esse posse gloriā: tantā ꝟtutem, moderationē, atq; industriā, vt ei cuncta succedāt ꝓspera: demū honoratus plurimū sit, & in omni orbis plaga laudatus & adoratus: cui oē genu (vt debitū est) flectatur: obstāt tn̄ his exterioribus fœlicitatibus plurima: quæ potius cruciāt, q̄ satiāt. nec tm̄ delectent q̄ ꝑmāt. Primo qdem obstāt domesticæ curæ. obstat rursus

iniqssima auiditas. & (vt ita dixerim) rabidissima rabies ꝑpinquos exaltãdi: atq carne & sãguine reuelãtibus: familiam. genus. stirpem ꝑpetuãdi. Volũt eñ nõnulli sũmi põtifices: vt a se iam nõ vna, sed plurimę insignes familię & nomiatissimę domus incipiãt: illustres ꝑncipatus nascant. quo tũ desyderio nõ deerũt ꝑscoꝝ exẽpla põtificũ & lõgeminus qui huiõi ꝑposito faueãt. Nã docti parit & indocti idipsũ suadebũt. alii fabulas: alii scriptas allegabunt. auctoritates retorquebũt prurientes põtificis auribus. ecce ingent, nemo carnẽ suã odio habuit. Christus quoq (cuius actiões sũmus pontifex illius uicarius imitari debet) cum dilexisset suos: usq in finem dilexit eos: qui sibi ɔiunctos exaltauit: sed ad crucem dixerim. Multi multa dicẽt, vt placeãt: q̃a idipsum placere põtifici nõ ignorãt. Plurima suadebũt vt decipiãt. fateor tñ. facile est decipere uolentẽ. Sed plerunq decipiuntur in adinuẽtionibus suis. & inde punire eos diuina ꝑuidentia ordinat: vnde peccatũ insurgit. Nõnunq̃ eñ ingrati sunt nepotes & cõtribules: ingrati ꝑpinq. vt a rege Libiæ sumere exemplũ libet: cui nepos aduersus fuit: & ꝑpinqui uitę insidiatores ac fratꝝ interfectores. Demũ si grati erũt: heredes q̃dem pecunię erunt: sed deheredes ṽtutis. Adde: q̃a si ṽtuti dediti, si studiosi fuerint, atq merito diligẽdi: hi ꝑ eoꝝ uirtute plerunq ęmulos hñt: totaq cõtra eos armat indignoꝝ t̃ba. Id tñ raro cõspicimus: q̃nimo sæpius q̃lificatũ sanguine ꝑ̃ferunt q̃lificato sapiã & uirtute. putãtes ex caritatis ordine excusatos: q̃ a se & suis incipe aiunt. Quo fit: vt dũ sũmus põtifex eũipsũ caritatis ordinẽ seruare se simulat: in eũ cõmittat. Cũ itaq ordiãta caritas id ꝑmũ exigat: vt cõiunctos sanguine sapiẽ & uirtuti ꝑditos diligamus: eosq spiritualibus honoribus cæťis ꝑ̃feramus. Quibus non similibus nõ beneficia, nõ ꝑmotiões, sed patmoniũ si egent relinq̃mus: nañq, nõ carni subueniamus. Ecõtra plerũq fit.

83

Exaltāt enī indignos: ꝑtereunt dignos. Sed nō diu transit multa tam improba ꝑsonaꝝ acceptio. aut enī talit̄ exaltati, ditatiq illa oīa breui ꝯsummūt tempore: q̄ alibi lōgo cruciatu pōtifices luituri sūt. aut repentina morte eripiunt̄: eosq in momēto perdūt, quos lōgo studio, maximisq impēdiis, & animæ ꝑiculis in altū ꝓuexerūt. & quos exaltarūt in uita: seruare a morte nō ualent. Quippe quos heri & nudiustertius ad magna læti duxerūt fastigia: hodie mœsti ad parua ducūt sepulchra. Et (ut paucis agamus) conspiciūt assiduas fratꝝ, nepotū, & caroꝝ præmaturas mortes: ne dixerim cedes. Taceo q sūmis pōtificibus hæres incertus est: successor ingratus, atq nō placitus: ne dixerim ęmulus. ¶ Quod si ais. quid ne id pōtifici officit: q dū uiuit, sup cunctos mortales ꝑtam & imperiū obtinet: & oms uiuentes iudicās a nemine iudicat̄: quippe q in eū solū obloquūt̄: sacrilegi reputant̄. Quibus facile respōdemus. Primo enī sublimitatē & potentatū nō negamus. Sed illud attēdere libet. qa quo sublimius qs sedet: eo grauius descēdet. Vix enī ex alto sine periculo, aut labore descendit̄. Sed (ut qdā sapiēs sapient̄ ait) hoc int̄ prudētes & ignauos interest. qa illoꝝ descensus est: istoꝝ uero ꝑcipitiū, atq ruina. Nā (teste Augustino) q̄nto gradus altior: tanto casus grauior. Et rursus: quo plus cæt̄is quisq pōt: eo magis scit sibi esse metuēdū. Quod rursus dū romanū pōtificem sup mortales, ꝑtam honoris & laudis nomen obtinere: neminēq in eo nec uerbo ꝓrumpe: in quē sinistri aliqd cogitare nephas punibile iudicat̄: fatendū est qa nō deerūt q laudēt, & in cælū usq eius nomē & gestoꝝ suorum facta extollāt, colāt, uenerent̄, & adorēt. Et (ut qdā ex modernis dicebat) nec deerūt q obsideāt & circumstēt summo pōtifici. q demū absistāt: ne dixerim resistāt. Sed nec deerūt q serico terram sternāt: cælos apponāt mobiles: ut sub umbra gloriosus ꝑtranseat. Sed uersa uice n̄ deerūt q inter

ea omĩa obsequiorꝝ genera, in eum vnũ oculos figant: de eo iudicẽt: obloquanť: actus arguãt, quos corã extollũt: uerba distorqueãt, quæ pauloante impræsentiarꝝ plena sapientia, ac sensũ ꝯsummatum dixerũt. Nec deerũt: qui famã in theatro lacerent: quam in palatio laudãt. uitã seorsum carpãt: quam corã illo commendãt. Et quicqd mali, quicqd aduersi accidat: sibi vni vulgus attribuet. Si pacẽ, si concordiã, sũmi põtificis opera populi suscipiũt: nõ deerunt qui id negent. alias enĩ (ut inqunt) futũm erat. Si quid uero belli, si quid discordiarꝝ (etiã sine pontificis culpa) acciderit: ipse vnus & causa, & fomentum erit. ¶ Rursus si vis eisdem romanis põtificibus cuncta eis uotiua, & ꝓspera succedãt: aliq̃ tñ immo plurima eisipsis oĩa habentibus deerũt. Deest ꝑmo natalis uidelꝫ libertas: qna se ex libero seruũ ꝯstituit. quia merito liber esse neqt: qui seruus esse maluit. Quo enĩ pacto dum cathenis quis vinctus est: liber esse potest: aut quomõ piscis liber inť hamos erit: Aliud deniq̃ romano pontifici deest: etiã cuncta possidenti. forte inepte dixi. Quid enĩ omĩa habenti deesse potest: Certe qui dicat ei uerꝫ. a minimo itaq̃ usq̃ ad magnũ oĩs adulatiõi studẽt. artificiose ei loquunť: ut decipiãt. in dolo suadent: ut vincãt. fraudulenter supplicant: ut optata ꝑtingant. Et (quia adulationẽ sine dolo esse nemo dubitat) dolose sese blanditores confœderãt: ne alter alteri cõtradicat. & ueluti oratoris finis est persuadere uerbo: medici farmatia curare: sic adulatoris finis est persuadere uerbo doloso. Nam fistula dulce canit: dum auceps decipit auem. Et (iuxta Hieronymum) nec uenena danť: nisi melle circumlinita. Hi pares faciunt deo pontifices: diuinos profiteň. sed (nisi fallor) in eo se pontifices plurimũ diuinitatis habere comprobarenť: si tales rapi faceret ad tormenta: & in eo se dei cultores agnoscerent: si tales deceptores grauissime punirent.

¶ Ca. iiii. ¶ De alia infoelicitate, & calamitate romanorum Pontificum: videlicet quia diu nō viuāt in pontificatu. & de causis, & rōnibus huius breuitatis uitæ in eisdem sūmis pōtificibus, potiusq̄ in aliis monarchis & pncipatibus.

FOelices & perbeatos sese summi pontifices arbitrarentur: si his tm̄ calamitatibus, miseriis, & amaritudinibus (quas pauloante narrauimus) nō pmerent. Sed ultra cęteras, ea vna oīm grauissima nusq̄ a mente decidit: animo cōtinue affligit, urget, & crucuat. cuius comparatiōe reliqua oīa incōmoda, labores & picula, leuia qdem, & tolerabilia, sed & dulcia ab eo reputant. Cum enī scriptū sit quia pellem p pelle dabit hō: & cuncta dabit p uita sua. Eo fit vt breuis uita, & præmatura mors sicut ultimū est oīm terribilium: sic cunctis pericul & laboribus grauior atq molestior existit. Cunctas enī calamitates & captiuitatis miserias populus Israheliticus pati uoluit: vt solū viueret. Dicebat. n. melius vt captiui viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi. Est ergo sūmorum pōtificum (vt aiunt) illa sūma infoelicitas, & tāto statui coniuncta infoelicissima calamitas. qm̄ & si cunctis affluāt bonis: nunq̄ (vt aiunt) diutius in pōtificatu viuāt. vt de eorum quolibet scripta dicere uideat: quia añ ruinam exaltabit cor. Et iterum exaltatus cito cōsumatus: & in breui expleuit tempora multa supple quibus alias viuere debuerat. Et iterum: in eoipso q pmatum sup omēs mortales tenet: illud recte impleat: quia omis potentatus uita breuis. Rapiunt qdem sūmi psules & citissime post assumptionē moriunt. adeo vt post eorum pcessorem Petrum aptm: qui per quinq circit ānorum lustra ecclesiæ pfuit. nullus post eū successor hoc spatiū pōtificatus æquit. Quinimo si moderna libet tempora cōtemplari: uix ad romanū sedis culmen euehit: qui paucorum metas transcendat annorum. Quæ siquidem breuis uitæ

necessitas cū dignitati annexa uideat᷑: merito apud homines
nata ipsa uiuere cupidos: p̄cipue sedentes in ea cathedra ō-
nium mortaliū infœliciores, & calamitosiores reputādi sūt.
¶ Verꝝ quia hęc nō recens est quęrela, sed antiq̄ ꝯcertatio:
& apud maiores nostros tā mōstruosa & ꝓdigalis calamitas
nō solū in stuporē adducta est: sed eius rō, & causa sæpe q̄si
ta: nec tamē arbitratu meo satis inuestigata reperit᷑: decreui
succincto sermone disserere. Num ea res ita sit: demū an suf
ficiens rō, siue causa breuitatis uitę romanoꝝ pontificatum:
potius q̄ alioꝝ p̄sidentiū assignari ualeat. ¶ Inter scriben-
tes igit᷑ repetimus Petꝝ Damiani, in scriptis diuinis erudi
tum, ac uirꝝ eloq̄ntissimū (ut eius q̄dam habet ep̄la) interro
gatum fore ab Honorio sūmo p̄sule. quid causę tātę esset in-
fœlicitatis. Is igit᷑ causas, & rōnes inuestigare conatus: id-
circo arbitrat᷑ diuinā ꝓuidentiā ita disponere: ut humano
generi metū mortis incutiat: & q̄ despitienda sit temporalis
uitę glā, in ipso gloriæ p̄ncipatu euidenē ońdat. q̄tenus dū
p̄cipuus, & supmus oīm hoīm tā angusti temporis cōpendio
moriat᷑: tremefactus quisq; ad prestolādi sui obitus custodi-
am ꝓuocet᷑. Et arbor humani generis, dū cacumen & uerticē
suū tā facile corruisse cōsyderat: flatu cōcussa formidinis, in
suis undiq; ramusculis cōtremiscat. ¶ Sed q̄spiam fortassis
obiiciet: cur & regibus, cæsaribusq; hæc eadē uiuendi breui
tas ñ occurrat: Nam & Octauianus augustus (quo imperāte
Saluator mūdi de uirgine nasci: & Dauid Rex. (de cuius stir
pe dignatus est ꝓpagari) alter qnquaginta sex: alt᷑ q̄dragin
ta ānoꝝ circuī regali fastigio floruerūt. Et post Christi ad-
uētum Iustianus qnquaginta fere ānis imperauit. Post quos
& alii uidelꝫ utriusq; regni p̄ncipes, & si minusculo, nō tamē
ad instar romanoꝝ pontificum breuissimo regnauerūt tem-
pore. Ad quod facile Petrus damiani rn̄det. quia cum unus
omni mundo papa p̄sideat: reges aūt plurimos in orbe traꝝ

85

sua cuiusq regni meta ꝯcludat: & qlibet imperator ad pa-
pæ uestigia corruit: qui rex est regum, & pnceps imperãtiũ.
ac cunctos in carne uiuentes, honore & dignitate precellit.
Quo fit: vt quolibet rege defuncto: solũ regnũ eius destitua
tur administratiõe. Cum uero sedis aplice pontifex morit:
vniuersus (ueluti cõmuni patre) mundus orbat. Quid enim
Africa de regibus asiæ: aut quid Ethiopia de hispaniæ pn
cipibus sentit? Nã siue moriant, siue viuãt (qa pcul a se re
mota sũt) vtrunq indifferent ignorãt. Est & aliud. Cur mors
cuiuslibet regis non magnopere sit trori: qm seculares pnci-
pes (qui tbis popularibus psunt) sępe gladiis pmunt. Nam
(vt de multis paucos adhibeã) Caius, Claudius, Nero, gal
ba, Otto, Vitellius: oms isti imperatores p ꝯtinuã sũt seri-
em vnus post alterꝝ pncipati. & (excepto claudio) cuncti sũt
vel suis, vel hostium gladiis intempti. Postmodũ quoq (si-
cut romana tradit hystoria) Antonius, Alexander magnus
Gordianus, Detius, Gallus, Volusianus: oms hi seriatim sibi
met p cõtinuũ ordinem succedẽtes: gladio trucidãte pstrati
sunt. Seculares ergo pncipes, quia diuersę mortis casibus ex-
ponunt: cor audientiũ eorꝝ exitu nõ terret. Papæ uero uita
quia sola naturalis obitus lege concludit: eius ex hac uita
transitus sine graui formidine nõ audit. Porro quia terreni
pncipes regni sui quisq (vt dictũ est) limitibus includunt:
causa nõ est, cur p alienas mundi puintias eorꝝ obitus diffũ
datur. Papa vo (quia solus est oim ecclesiarꝝ vniuersal pla
tus) cum luce priuat: mors eius pampla terrarꝝ regna diffũ
ditur. Et sicut Sol (quia solus lucꝫ) si ecclipsim forte sustine
at: psto necesse est, vt tenebras totus ubiq mũdus incurrat:
sic Papa cum ex hac uita recedit: illico (quia vnus in mũdo
est) lõginqua regnorꝝ spatia mortis eius fama pcurrit. Et ꝯ
sequens est: vt quos tã sublimis singularisq psonæ casus ob
turpat: ppe quoq uocatiõis exitũ tremefactis uisceribus ex-

pauescat. ¶ Vbi notandũ: q̄ uelit omĩpotens deus Romani pontificis uitã hominibus in ędificatiõe ꝓdesse: cuius etiam mortẽ decreuit saluti gentiũ ministrare. q̃nto studio debet lucris aĩaꝝ dum aduiuit intendere: cuius mors prouideť ad creatorẽ suũ animas hoĩm reuocare. ut dum se patrem orbis esse cõsyderat: ab impetrãda tot filiis hereditate desidia ñ torpescat. ¶ Hæc est illius sapiẽtis sñia, quæ & aliis ꝑsuasiuis, causis, & rõnibus iuuari põt. Primo ꝗdem. quia cũ diuina ꝓuidẽtia nihil in orbe agat, cuius legitima causa nõ ꝑce dat: pie arbitrandũ est, ꝗ non nisi ex iustis causis in diuina mente recõditis: uitã sũmoꝝ põtificũ abbreuiat. Et inť cæteras ut Christũ imitenť in uitæ ꝑiodo: quẽ imitari debẽt in uiuẽdi mõ. Et uicarius patronũ sequať: qui intẽpestiue, & in dimidio ãnoꝝ suoꝝ ab hac luce subtractus est. Ipse. n. dixit qui mihi ministrat: me sequať. Rursus immortal deus iudex rectus uitã donat, & adimit, scd̃m suã (nob̃ incognitã) iustissimã distributionẽ. sed & cum ęꝗssimus arbiť existat: ita suis ministris & fidelibus uitã distribuit: ut nec alť ex recepto beneficio suꝑbiat: nec alii eius fœlicitati inuideant. Obliq̃reť siꝗdem eadẽ diuina & æꝗssima distributio: si cuncta fœlicia, & ꝓspera quæ simul singuł denegat, uni cõcederet. Ea igiť diuina ꝓuidẽtia oĩa in mẽsura & põdere æqãs: papæ uicario suo sũmũ oĩm fœlicitatũ culmen donauit. sed ne tãta fœlicitate intumescat: longã adimit uitã. Cæťis ũo mortalibus qđ illi uni negauit, recte indulget. ut ille habeat: quo istos excedat. & illi obtineãt: de quo ille inuideat. Accedit qm̃ cũ oĩm mortaliũ studia ad uiuendũ tendãt: ordinat iustissimus deus, ut tã uehemẽs uiuẽdi studiũ mors ꝑueniat. in eo ꝑ̃sertim qui cęteris potiusq̄ sibi uiuere optãdus esset. Quare in eo tãto celerius uitã eripit: q̃nto studiosius illã cupit, atq; custodit. quia (iuxta Greg.) q̃nto mens humana se ꝑ desyderia dilatat: tãto ad receptionẽ effectuũ

angustat. Et iter𝔯 hæc humana uita p̄ mometa deficit. & cū plus uiuendi desyderiū crescit: ipsa uiuendi anxietas desyderio t̄minat̄. Quo fit: ut ipsi romani pōtifices oīa hn̄tes facile agnoscāt: q̄ decipiunt̄ in cogitatiōibus suis: dū sibi lōgam uitā ꝓmittūt. Et qui nō ignorāt qa nō est homis uita eius: discāt ea desyderare quę ꝓsint. Et dū p̄ potentiā stare se putāt: q̄facile cadāt aduertāt. Demum negat rectissimus deus uicario suo: quæ optat ad eius solius utilitatē. cui donat q̄ sūt ad eius uerioꝛē salutē. Nam (iuxta Greg.) multa incōmoda incurrunt sæpe homies diu uiuendo. Ex his itaq; causis putarūt nōnulli sapientes, & curiosi uiri, romanos pōtifices nō diu in pōtificatu uiuere. An autem rationes ipsę urgeant: statim subiiciemus.

Ca. v. De uerissimis causis breuitatis uitæ Sūmor𝔯 pōtificum. & an sit uer𝔯 uniformit̄: q̄ par𝔯 in papatu uiuāt. & an in hoc Ro. pōtifices differāt a cęteris mortalibus.

Assignatæ sunt causæ, & rōnes breuitatis uitæ Summor𝔯 pontificū ꝑ ut q̄busdam sapientibus placuit. quæ & si ueræ & exemplares ac rōni satis consonæ uideant̄: ꝑ eo maxime q̄ timorē moꝛtis ac ↄtemptū culminis dignitatū ꝑsuadere uideant̄: & ob eā rem aures demulceāt. quia tn̄ in mente diuina recōditæ sūt: cuius iudicia (ut abissus) multa nob̄ incognita sūt. Rursus nō auctoritatibus sacrar𝔯 scriptar𝔯: sed potius ꝑsuasionibus innitunt̄. Credimus rōnes ipsas nō usq; adeo militare aut satis sufficere: ut fateri oporteat statui & culmini sūmi pōtificatus generalit̄ tributum esse: aut uniformit̄ inesse: ut tm̄ apicem ascendentes digni aut n̄ digni: sancti aut repꝛobi: ꝑ eo solū q̄ in pōtificatus culmine sedet, uita lōga, aut alias eis a diuīa ꝓuidē tia destinata frustrari debēt. Ne aūt eos imitemur qui dum aliena refellūt, sua nō cōprobāt: altius rem ipsā repetētes,

plurimis & nostro iudicio ueridicis fundamētis deducemus: alienū esse a facti ueritate cunctis uidelicȝ sūmis pontificibus, uniformiť insitū, & ꝓpum esse: ut parꝝ in pōtificatu uiuant. Idq̃ nedū alienū a reiueritate, sed nec recta fide fore credendū arbitramꝰ. qnimo in eaipsa uiuendi conditiōe, aut breui aut lōgeua, ipsos sūmos pōtifices a ceteris hoībus nō differre. Et si forte (ut plurimū) diutius eos in pontificatu uiuere nō cernamus: id nō ex natura, aut infœlicitate status siue dignitatis aplicæ: sed aliunde ueluti in cæteris mortalibus, cōtingere. ¶ Deducemus igiť pmo luce clarius aliūde Romanos pontifices. & ex aliis potioribus & notioribus causis: diutius non uiuere. In seqnti uero capitulo: breui compendio rōnes afferemus. q̃re sūmo pontificatui nō insit uniformiť: ut illū assequntes parꝝ uiuant. Primo igiť putamus facti ꝑsnppositū ueritate carere. qnimo si sūmorꝝ pontificū ānalia: si illorꝝ assumptionū tēpora: si ætates animo recensemus: utiq̃ repiemus eosdē pontifices nō mō breuiori, sed lōgiore tēpore cætis fidelibus uixisse. Quippe cum (ut plurimum) nō nisi senes ac maťæ ætatis uiri, sed & ualitudinarii ad sūmū eligant pontifitiū: quid mirꝝ si parꝝ in papatu sedeant, qui diu aň illū uixerunt? Nihilominus plurimos in senectute assumptos legimus diu sedisse. Linus enī. xii. annis uixit in papatu. Cletus totidē. Leo q̃rtus licȝ senex. xv. ānis. Fabianus. xviii. Pascalis, & Damasus, Virgilius, Innocentius, atq̃ liberius totidē. Leo q̃rtus licȝ lōgæuus ætate & ualitudinarius foret, cum cathedrā ascendit: xx. tñ annis ꝑfuit. Alexāder. xxi. Beatus uo siluester. xxiii. ānis sedit. Rursus Adrianus pmus. xxiiii. uno minus mēse ꝑsedit. Leo uero pmus. xxv. fœliciť ꝑfuit annis. sub quo duo ycomenica apud calcedoniā fuerunt cōgregata concilia. Quid igiť sibi uult illorꝝ insulsa positō: qui cunctis in cathedra Petri sedētibus uitā adimunt? cum tñ unius hoīs ad oēs ꝓportione

87

habita plus cæteris viuere cõprobent. nisi uelimus eos solum q Petri cathedrã tenent: longiore uita p̃ cætis viuere. Aut forte uelimus illos tũc natalit nasci: tũc viuere incipe cum assumunt. Aut forte cõquæram: (exẽpli grã) Calixtum secundũ post. Lxxx. assumptũ annũ præmate raptũ. quia q̃driennio fere tm̃ p̃sedit. qbus illud nicodemi in euangelio facete, simul & uere dici põt: quomõ enĩ homo põt renasci: cũ sit senex: aut quomõ viuere incipiet: is cui natalit viuere desinendũ esset? Satis igit (vt putamus) viuũt sũmi põtifices: si recte viuũt. longeue p̃sident: si diu se viuere & p̃esse arbitrant. Sed (nisi fallim̃) ideo nõnulli sũmi pontifices mori præmate arbitrant: quia citius q̃ uellent. sed forte tardius q̃ debẽt moriunt. Mira certe res est. Volunt sũmi põtifices p̃ceptum a deo esse vt viuant: sed nolunt qdam viuere, vt p̃ceptum est. Recte igit cum eis agit diuina ꝓuidentia. qui in eoꝝ uitę cupiditatis pœnã, tãto celerius rapiunt: q̃nto (vt p̃diximus) uitã cupiunt, atq̧ custodiũt. quia (vt inqt Greg.) male viuũt: qui diu se viuũtos desyderãt. Et Soccrates dicebat. viuere nõ meret: cui nihil est in mente nisi vt viuat. de quo tãgemꝰ infra in Ca. vii. Si igit recte, si uẽ, atq̧ catholice in ea re loqñdum est: indubie fatendũ erit breuitatẽ aut lõgitudinẽ uitæ pontificis, sicut & cuiusuis alterius ex illius p̃sona aut ꝓpria natã pẽdere. ñ qdem ex statu: sed ex reatu. nõ ex pontificatu: sed ex actu. nec ex dignitate sed uitæ q̃litate: nec ex culminis exellẽtia: sed gẽtis animi indigẽtia. ¶ Et (vt paucis agamus) tres arbitram̃ potissimas atq̧ urgentissimas breuitatis uitæ quorundã põtificum cãs, rõnesq̧ cõmunes oĩbus: nõ plus sũmoꝝ põtificum, q̃ infimorum hominũ. Quaꝝ p̃ma est nata discõueniẽs. secunda culpa puniens. tertia curatum t̃ba uitã minuens. ¶ Prima siqdem causa. natalis discõueniẽtia. Cũ enĩ sũmus pontifex (veluti cæteri homĩes) ex quattuoꝛ sit elementis compactus: natura

in eis vim suam, æquo exercet uibramine. nisi forte summi pōtifices cōtendāt a natura ipsa exemptos. idq ipsi sūmopere optarent: vt corporis dolores, & cruciatus uitarēt. Cōstat autem lōgioris & breuioris uitæ causā naturalem fore. Nā (Augustino teste) & si in manu dei sit oīs uita & mors: ipse tñ naturæ plasmator sic cuncta gubernat & regit: vt naturam motus suos naturales exercere sinat. Causa igitur naturalis, lōgioris aut breuioris uitæ hominis, secundum quorundā philosophorum sententiā: spiritus, siue aer est. eo q illum uideamus instrumentū esse uirtutis operatiuū, & uitæ inductiuū. quare secundum spiritus proportionē: sic proportionatur & uita. qn quidem paucus existit: tūc debilitare uitā abbreuiet: sicut in melācolicis. qn uero multus: (eo casu exsufflādo) calorē extinguit: ueluti uētum uidemus extinguere lampadē. Cū aūt grossus erit: utiq uirtutū uitaliū operationes impedit. sicut & qn nimis exilis: tunc. n. defacili spirat. quo fit vt mortem abbreuiet, & inducat.

¶ Aristotelis uero & aliorum philosophātiū schola indubitata conclusio est: calidū & humidū, principia & cās fore lōgioris & breuioris uitæ hoīm. quanto enī tēpore calidū in humido nō cōsumpto: aut nō depurato, ualet subsistere. & quantotēpore humidū reduci pōt, atq a calido conuerti: tātotēpore indubitanter uita cuiusuis mortalis durat. Quæ siquidem mēsura circa tria potissime attenditur. uidelicet circa quantitatē. item qualitatem ipsius calidi & humidi. tertio secundum qualitatē membrorum atq uasorum in quibus operatur. prout latius in libro de morte & uita philosophus tradit. Qn igitur in humano corpore adest illa discōueniētia: aut cōtingit caliditatis & siccitatis excessus, ipso humido radicali. aut cōsumpto, aut deprauato: necesse est, vt uita hoīs abbreuietur. Cōtingit aūt uariis ex cāis excessus ipe: siue humoris depuratio, secundum naturaliū & medicorū traditioēs. Id tñ facilius in principibus conspicimus. q putāt se ita eē dños stomachorum & uentrium suorum: sicut & oīm subditorum.

88

Quotidie siqdem preciosis atq; splẽdidis sapidisq; cibis, uariisq; modis p̄paratis: passim uescunt. vinorumq; uarietate potant. Et quia maiore q̃ntitate sumit: qđ auidius & sapidius deuorat: necesse est ex multorum diuersorumq; ciborum uarietate grauet stomachus. Quo fit: vt ædendo, ædendi appetitus amittat. generentq; uentositates, inflationes in uentre: tremores in membris, ac febres. & tandẽ præmatura mors accidat. Hinc Aristoteles de secretis secretorum ad Alexandrum: nihil est (inquit) quod magis uitã ꝓlonget: q̃ cauere a superfluitate ciborum. Nec est quod magis abbreuiet: q̃ cõmestionem, cõmestioni supaddere. Ipocras .n. adeo dietas seruabat: vt debilitatẽ corporis ex industria sustineret. malẽs debilis uiuere: q̃ robustus & pinguis mori. Dicebat enĩ: quia mallebat cõmedere, vt uiueret: q̃ uiuere vt cõmederet. Addens: quia alimẽta hoĩbus natura dedit, ꝑpter durabilitatẽ: nõ durabilitatẽ ꝑpter cibum. Hinc sapiens Salomõ ait: æqua uita hoĩbus, in sobrietate. & q abstinẽs est: adiiciet & uitã. False igit culpa psonæ, dignitati attribuit. indigne sũmi põtificatus dignitas: propt uẽtris ingluuiẽ diffamat. Sed rectus est deus, & rectũ iudiciũ suũ. pœna certe tenet auctores suos: q̃a scriptũ est. anima (idest uita) quę peccauerit: ipsa moriet. & cõsonum rõni est, vt qui peccat in uitã ꝓpriam: in ea puniat. Ridiculũ ergo uidet asserere, mortales & naturales homĩes: determinatũ quendã statũ, aut dignitatis culmen assequẽtes: a legibus naturæ exemptos fore. & p̄sertim sũmi dei uicarium, hominẽ purum, & naturę subditũ: qui, q̃nto deo ꝓximior existit tãto legibus naturę (vt legibus patroni sui) astringit. Natura enĩ: lex dei est: qua eius uicarius ligat. ¶ Secundã & p̃ncipalem causã breuitatis uitæ sũmorum põtificum: sicut & cæterorum hoĩm: culpã punientẽ diximus. Nihil enĩ magis uitã hominũ abbreuiat q̃ peccatũ. idq; plurimis diuinis testimoniis comprobat: quod in eisdẽ romanis põtificibus facile repiri

libet. Nam ad quendã ex sũmis & ueteribus sacerdotibus: (qui tipũ ꝓ eo tẽpore sũmoꝝ põtificũ gerebat) deũ per ꝓphetã dixisse legimus. ꝓcepta mea, coꝛ tuũ custodiãt: lõgitudinẽ enĩ dieꝝ, & ãnos uitæ, & pacẽ apponẽt tibi. Demũ in expresso alibi: sũmo pontifici longa a deo uita ꝓmissa est. Siqdem alius ꝓpheta: (sũmum sacerdotẽ designãs) sup aspidem (inqt) & basiliscũ ãbulabis, & ꝯculcab leonẽ & traconẽ. Et statim subiicit: eripiã eũ & glorificabo eũ: ac lõgitudine dieꝝ adimplebo eũ. Nec eb re qdem. cum enĩ scriptũ sit: qa opus iustitiæ uita est: merito sãcti, iustiq; põtifices: longa ꝑfruunẽ uita. Vñ alibi scribiẽ: si in lege mea ãbulaueris: longos faciã dies tuos. Et iteꝝ: qrite deũ, & uiuetis. Iniusti ꝰo & repꝛobi e uestigio uita ꝓuanẽ. quia ad oĩs illa uox dicta est: uiri iniq ñ dimidiabũt dies suos. Et rursũ: iniusti mox sicut honorificati fuerint: & exaltati deficiẽt. Et alibi: uidi impiũ exaltatũ & eleuatũ sicut cedꝝ: & transiui & ecce non erat. Quæ siqdem auctoritas ꝓprie sũmũ põtificem signat, cum dicit exaltatũ sicut cedꝝ: quæ cunctas plãtas eminẽtia & altitudine uincit. Talibus certe cõminaẽ ꝓpheta dicens Fiant dies eius pauci: & episcopatũ eius accipiet alẽ. Vnde uita homĩs (pulchre Aug. inqt) media est int uitã peccatiũm hominũ & innocẽtium & angeloꝝ. Si uiuit homo scdm carnem: peccatoribus comparaẽ: qui nõ dimidiabũt dies suos. Si uiuit scdm spiritũ: ꝑ diuẽnam uitã angelis comparaẽ Sed dicet quispiã plerunq; reprobi & iniusti diutius: boni ꝰo partius uiuũt. Qđ & fateoꝛ: & antiq qrela est a ꝓphĩs & sanctis uiris: deo soli reseruata. qntum tñ ipsa diuĩa ꝓuidẽtia sanctis suis intelligere, nosseq; ꝑmisit: illud utrisq; ꝯuenit. Illis: ne ãplius peccent. istis: quia id sibi expedit. Non enĩ eis mors ipsa pœna est: sed remediũ. ut molestiæ & mũdi miseriæ quæ eos ꝑmunt, & alias uinci nõ poterãt: uitæ suæ breuitate uincanẽ scdm Ambꝛo. Vñ Seneca: quæ uideẽ

intempeſtina morſ: iuſtis eſt completa uita. quia miſeriarũ
finis eſt. Quare ſubdit: rudis ſatis uidet̃ tyrãnus: cũ potius
a pœna liberat: quẽ punire ſe credit. Rapiunt̃ igit̃ boni põ-
tifices: ut requieſcãt a laboribus ſuis. & ne malitia mutet in-
tellectũ illoꝝ. Adde: quia ſcd̃m Gregoriũ papã de ſe loq̃n-
tem. quoſdã magis delectet pergere: q̃ manere. magis citius
ꝑuenire: q̃ morari: ne, dum oblectent̃ in uia: obliuiſcant̃ qd̃
deſyderãt in patria. Et iteꝝ idem Greg. aliq̃n ſecreto iudi-
cio agit̃: ut electoꝝ uita abbreuiet̃: ne uiam ꝓ patria dili-
gamuſ. Vt igit̃ paucis agamus: tunc ſũmi põtificeſ ſummi
erunt, tunc fœliceſ, tunc uere beati. tunc gloriã, tunc famã di-
latãt. tunc nomem ꝑpetuant. tunc longos & incolumeſ uide-
bunt dieſ: ſi eccleſiæ (cui præſunt) ꝓmouent honorem: ſi fi-
dem (quam exaltare profeſſi ſunt) augere conant̃: ſi religio-
nis dilatãt cultum: ſi moreſ emendãt: ſi ſuperboſ humiliãt:
ſi exaltant humileſ: ſi ſunt munifici in egenos: in copioſos
frugalioreſ: ſi ſapiãm, ſi uirtuteſ, p̃mio: ſi uitia æqua pœnaꝝ
lance compenſãt: ſi iuſtitia uſq̃quaq̃ ambulat ante eoſ, & im-
ponũt in uia prudentiæ cunctos greſſus ſuos: ſi tyrannidem
uirilit̃ reprimãt: ſi ad pacẽ orbiſ inuigilãt: ſi ab oĩbuſ extre-
mis æquo ſpatio diſcedũt: ſi ceſſat in eis ꝓdigalitas, abeſt
omnis auaritia: quia illa eccleſiã uaſtat, hæc gloriam metiri
ueritatiſ nõ põt. Scriptũ eſt: qui odit auaritiã: lõge fient di-
eſ eius. ¶ Tertiam cauſã breuitatis uitæ Sũmoꝝ põtificum,
nõ q̃dem ipſũ pontificatũ dixerim: ſed urgentiũ atq̃ p̃men-
tiũ t̃bam curaꝝ. ac aſſiduã mẽtis agitationẽ. quia ſcriptũ eſt
triſtis ſpirituſ exſiccat oſſa. Et iteꝝ: dep̃mit terrena inhabi-
tatio ſenſũ multa cogitantẽ. Hinc Auguſtinus ſuꝑ illo uer-
bo Iacobi q̃rto: (uita noſtra uapor eſt admodũ parens) ait:
curæ & aſſiduæ cogitatiões: corpus extenuãt. & mentis fati-
gatiões, reꝝ inextricabileſq̃ q̃ſtioneſ: humoreſ oĩm mẽbroꝝ
exſiccãt. freq̃ntia hoĩm: morbidat. triſtitiæ: cõſumũt. negoci-

orum solicitudo coartat. Hinc & Cassiodorus: nihil est quod uitæ hominis magis officiat. & dies eius abbreuiet: quam tristitia mentis, languor animi, & rerum solicitudo multarum. Nam sicut (teste Sapiente) lætus animus floridam reddit faciem, & sicut iocunditas cordis, uita est consumata hominis: ita anxius, & curis fatigatus animus corpus macerat, & uires minuit: humidum consumit: caliditatem auget una cum siccitate. Ex qua te appetitus perditur, & tandem mors accelerat. ut pauloante in prima natali causa deduximus. ¶ Has igitur putamus causas uerissimas: has rones: hæc fundamenta, breuitatis uite summorum pontificum Non quidem ipsius culminis statum & eminentiam: quæ sancta est, & in nullo peccauit: sed qui ea abutitur;

¶ Ca. vi. ¶ In quo assignantur causæ, & rones: quare illorum opinio non sit tenenda: qui putarunt Summis pontificibus bonis, & reprobis: uniformiter insitum & proprium esse, ut in pontificatu parum uiuant;

Ceterum: (ut huic articulo finem demus) ne de illorum simus numero: qui ab aliis maturæ tradita, leuiter refellunt: nec causas reddunt) breui: rones & motiua adducemus: quibus aptissime probatur opinionem non esse ferendam: nec recta fide tenendam, uidelicet summis pontificibus uniformiter insitum esse: ut parum in pontificatu uiuant. ¶ Primo igitur. idipsum: probant ea, quæ supra detegimus. Secundo quidem. quia facti ueritas: longe aliter rem demonstrat. Tertio. ea uitæ breuitas: quatenus nostram tenet notitiam, in nulla alia totius orbis monarchia: imperio aut principatu: ecclesiastico aut mundano, reperitur. quinimo: si ueteris legis summos pontifices, reges, monarchas recolere libet: non eos tali lege, talique censura constrictos reperiemus. ueluti de Melchisedech, Moyse, Aaron Heli, Eliazaro, & plurimis: qui longo admodum tempore in

90

sũmo ſacerdotio uixerunt. ut p̄cedenti capitulo tactum eſt. Quarto. quia (niſi fallim̄) qui uitæ breuis neceſſitatẽ ſũmiſ pontificibus imponũt: deũ arguũt acceptorẽ pſonaꝝ. Nam cũ oĩm hoĩm (ut ſcriptũ eſt) uita eſt in uoluntate dei, in quo om̃ſ uiuimus, mouem̄, & ſumus. & ita iudicat magnum ſicut paruũ: quia ſcriptũ eſt: puſillũ & magnũ ipſe fecit. & æq̃lr̃ cura eſt deo de oĩbus. q̃nimo: de hoĩſ uita loq̃ns ꝓpheta ait nõ accipit perſonã p̃ncipis. Et iteꝝ: nõ ſubtrahit perſonam cuiuſq̃ dñs: qui eſt oĩm dñator. Subtraheret itaq perſonã: ſi præmatr̃ uitæ eius p̄ſidentẽ, citius q̃ alios uita p̃uaret: atq a terra ſubtraheret. Quinto. nõ eſt uerisimile, ſed a ueritate alienũ: deuũ (cuiuſ cura eſt de eccleſia ſua, de qua per ꝓphãm dixerat: quid potui facere uineæ meæ, & nõ feci) uellequouis mõ parare occaſionẽ, ſciſmatibuſ & p̃iculis: atq eã diſcidiis & diuiſionibus patenter exponere. quod eſſet ſi lege æterna, & uniformiter ordinaſſet: uicarios eius in terris, præ ceteris hoĩbus paꝝ uiuitos. Ex crebris enĩ huius ſedis uacationibus ſciſmata: pleraq p̃icula eccleſiæ imminere, & ſæpe accidere: perſpicuũ eſt. Abſit enim a diuina bonitate, ut hoc faſtigiũ apl̃icæ ſedis: a deo ꝓ cõmuni eccleſiæ utilitate, euiſq unitate inſtitutũ: in eis diſcidiũ, periculũ, & detrimẽtum cõuerteret. & ex eo ſtatu neceſſario ſciſmata ꝓueniunt, & in quo ſedenteſ, neceſſario breui uiuendũ eſt. Nã (ut ait Hieronymus) In remediũ ſciſmatis actũ eſt, ut unus oĩbus præſit. Et ob eã rem, ſanctoꝝ uiroꝝ ẽditioneſ, & ſacri canoneſ, uacationeſ huius ſedis, & obitus ſũmoꝝ põtificum: plurimum formidarũt. Sexto. abſit q eccleſia dei in ẽditionibꝫ & cõſuetudĩbus ſuis quouiſmõ erret: quæ ſpũ ſancto regit̃. Ipſa tñ p totũ mũdũ diffuſa: ſine intmiſſione ꝓ uita & incolumitate romani pontificis ad deũ aſſidue orat. Nã (ut pulchre canon ſancti bonifatii martiris) ꝓ romani põtificis uita, atq ppetuo ſtatu: uniuerſitas fideliũ tãto inſtãtius orat:

q̃nto suã salutẽ post deũ ex illius incolumitate animaduer
tit ꝓpensius pendere. hęc sũt uerba canonis. Ecce formalia,
quæ oẽm dubitationẽ tollũt. erraret vtiq̧ ecclesia, & impro
uide ageret, atq̧ deo cõtradiceret: orãdo ꝓ illius lõga uita
& incolumitate, qui ex diuĩa dispositiõe: quæ eũ uoluit, &
præsciuit parꝝ viuere. & sic necessario breui moriturus est.
Septimo. ex ea breui & certa necessitate moriẽdi: auferẽ sũ-
mo põtifici magna utilitas: sed & grãde meritũ, quod ex in-
certitudine tẽporis mortis cunctis fidelibus ꝓuenit. Nã (vt
inquit Greg. super illo uerbo: qua hora nõ putatis & cęta)
tempus mortis ideo dñs nobis uoluit esse ignotũ: vt semper
possit esse suspectũ. & dũ illud tempus ꝑuidere ñ possumus:
ad mortẽ sine intermissione ꝑparemꝰ. Si ergo Papa parꝝ se vi-
uere sciret: ꝑ ꝯseqñs mortẽ ꝑuidere posset. quo fieret vt fru
straretẽ tãto bono videlicꝫ timore mortis. quia scd̃m Greg.
tãto plus mors timetẽ: q̃nto minus ꝑuideri põt. Prætea cum
papa sit in statu oĩm ꝑfectissimo: indignũ est, vt ꝑpt eandẽ
ꝑfectionẽ alio ꝓximo bono priuetẽ videlicꝫ grãdi merito qd̃
ex longa uita iustis ꝓuenit. Quãto enĩ iustis uiris magnis
ꝓlongatẽ uita corporat: tãto fœlicior redditẽ in effectu ꝑmii
salutaris. Nã teste Augustino: hæc ualt miseriæ, fit eis ual
lis ubertatis bonoꝝ spũalium. Fit etiã campus certamis &
pugnæ uictoriosæ. Est enĩ uita nr̃a scd̃m Bern. locus lucra-
tiuus. Ea de re Paulus longã uitã optauit simul & ꝓcurauit
cum submissus in sporta ꝑ muꝝ persecutoris insidias decli-
nauit. Deniq̧ ipse Christus dulcissimæ matri suæ post eius
passionẽ longã uitã ꝓmisit patiẽ & donauit. Sed & Iohanni
euangelistę, quẽ Christus plurimũ diligebat, & ad aptatum
uocauit: nõ tñ sine suo & plurimoꝝ ꝑfectu ad cẽtesimũ usq̧
annũ vno minus uitã ꝓlõgauit. Quod ergo Christus dile-
ctis suis ꝓmisit, donauit, atq̧ laudauit: idipsum uicario suo
negare nõ debet: pro illius ampliori merito & ecclesiæ suę

91

utilitate. Octauo. hæc põtificis mors quã præmatam dicũt: aut est in illius pœnã, aut in p̃miũ, aut est ꝓpium cathedræ. Nõ qppe in pœnam: quia nllus sine culpa punit. Scriptũ est enĩ: absit a te dñe, ut perdas iustũ cum impio. Iustus ergo & rectus pontifex: si paꝝ in pontificatu uiueret, puniret sine culpa. quod est incõueniens. Sed & alia rõne hæc breuitas uitæ: nec in pœnã, nec in p̃miũ esse põt. quia ex eo q necessario futm est: quia qd quis uitare nõ ualet: nõ conseqt, nec pœnã, nec p̃miũ scdm Augu. Si uero sedi annexũ est: tũc sequat absurdũ necesse est: ut uidelicz aliunde q̃ ex uolũtate ꝓpria qs mereat aut demereat: cõsequat pœnã aut p̃mium. Adde: quia christus romanã ecclesiã instituit duratam usq in finem seculi. Indignũ itaq uidet: ut in sede ppetua sedes breuius uiueret: q̃ in ceteris ꝓphanis & tẽporalibus cathedris sedẽtes. immo ɔgruum esset: ut longioris essent uitę: & quod eis a nata ꝓuenit: deus (cuius est uicarius) n̄ auferat. Incõueniẽs. n. uidet: ut p̃sidens in sãctissima cathedra diminutionẽ uitę suscipiat a cathedra: quã bñuiuẽdo honorat: & in ea uiuens fidelibus ꝓficit. Sed neq est largitati diuinæ cõsentaneũ: ut abbreuiata sit manus eius in uicario & ministro suo. De quo (ut supra tetigimus) per ꝓphetã ꝓmissũ est quia si inpręceptis suis ãbularet: eriperet eũ, & glorificaret eum & longitudine dieꝝ impleret illũ. Cõfirmant p̃dicta. quia si põtificatus esset ꝓpium paꝝ uiuere: papa (dei uicarius & minister) esset peioris & durioris cõditionis q̃ cæteri homiẽs. & in hoc duobus. Primo: cũ cęteris, immo oĩbus hominibus a deo dictũ sit: ecce dedi añ faciẽ tuã uitã & mortẽ, bonũ & malũ. si uniformit breuis esset mors papæ: auferet ei illud bñficium & istud bonũ: ut sit añ faciem eius uita & mors. Secundo: cum deus in dicta auctoritate appellet uitã bonũ, & mortẽ malũ: tũc ea sola rõne quia eius est uicarius & minister: reciperet ab eo odia & mala: cũ potius bona sũ-

mere deberet. quia scriptũ est: qui ei ministrat, uita viuet.
Et iterum: ministros eius non derelinquet. ¶ Absit enim vt deus reddat pro bono malum;

¶ Ca. vii. ¶ In quo respõdet motiuis illorum: qui dixerunt papã parum viuere in papatu. & quo sensu sit intelligẽda prædicta opinio. & quomõ cum ueritate possit saluari;

POstremo: (vt de Statu Romani põtificis nos absoluamus) quanq̃ ex supdictis luculent̃ rñsum sit rõni bus & motiuis in pñcipio adductis: qbus aliqui sapientes & cõtemplatiui psuadere potius q̃ pbare uisi sũt, romanis pontificibus vniformit̃ datũ esse, vt parum in papatu viuãt: nihilominus particularius satisfaciemus pdictis rõni bus. Deinde vt morẽ pdictis sapientibus geramus: qui positionẽ huiusmoĩ affirmarũt: deducemus breuissime quo intellectu: quo sensu eadem positio ĩtelligẽda sit, videlicet Romanos põtifices nõ diu in papatu viuere. Primo igit̃ dicimus rõnes, psuasiones, & motiua pdictorum scribentiũ ad vnum tm̃ fundamẽtum referri. Aiunt. n. utile esse fidelibus: romanorum põtificum breuẽ habere uitã. p eo maxime: quia illius breuis periodus, ceteris fidelibus terror est: vt sese ad mortẽ pa rent: agãtq; de commissis pœnitentiã. Rursus: vt dignitatũ culmina facilius cõtempnãt: quæ oĩa vnico uerbo soluunt̃. Dicimus enĩ qa hac utilitate ex tali uerisili timore pueni enti ñ eget ecclesia: psertim cũ illius expsso dispẽdio & vni ta tis incõmodo. ac capitis nr̃i crebra piculosaq; subtractiõe: longe siqdem magis ẽroris atq; timoris mortalibus ex mul torum: q̃ vnius interitu incutit̃. Plusq; mœroris & plurimorum florentiũ iuuenũ præmatura morte cõcipimus: q̃ ex senis vnius natali morte: maximis curis & sollicitudinibus ɔstipati. Ad cõtemptũ vo dignitatũ: alia nob sunt tradita efficaciora

92

documenta. Adde: quia illarum natura, potius quam possidentium mors ad eorum contemptum inducere uidetur. Cuius illa (teste boetio) contemnendi summa ratio est. quia recte superanda est dignitas: quam maligni plerunque assequuntur: & quam plurima pericula comittantur. Ceterae uero rationes: persuasiones uerius sunt, quae contrariis & potioribus persuasionibus tolluntur. ¶ Accedamus ad secundum quod policiti sumus: videlicet discutere & declarare quo sensu intelligenda sit praedicta conclusio eorum qui dixerunt romanos pontifices uniformiter parum viuere in papatu. Dicimus igitur quod multipliciter praedicta positio ad uerum sensum reduci posset. Pro quorum intelligentia inferimus breuissimas duas conclusiones. Prima est: quod romanus pontifex recte & pie praesidens licet paucis annis post papatum in mundo fuerit: longo tamen tempore viuit. cuius ratio est: quia totum tempus sui pontificatus sibi lucratus est. fuitque sibi idem tempus viuum. Secunda conclusio est: quod si romanus pontifex non recte nec pie in papatu vixerit: licet centum annis in eodem pontificatu fuerit: tamen non diu immo breuissimo tempore censendus est praesidere. Cuius ratio est: quia residuum immo totum sui pontificatus mortuum est. Vixit ergo mundo longo tempore: sed deo, sed fidelibus, sed sibi breuissimo respectu fructuose praesidentiae. Est ergo intelligenda positio praedictorum scribentium secundum hanc ultimam conclusionem: utputa, quia uerissimum est quod romanus pontifex non pie nec recte: sed inutiliter praesidens, quantocunque tempore in papatu fuerit parum tamen in effectu viuit. Nam primo sibi modicum vixit: cum totam pene uitam inutilibus occupationibus perdidit. parum etiam deo vixit: quo ad spiritualem fructum. Probandus igitur ac roborandus est huiusmodi articulus. Primo igitur dicimus, quod romanus pontifex licet longissimo tempore in papatu praefuerit: si tamen plurimis occupationibus inutilibus: & curis & solicitudinibus terrenis tentus sit: parum viuere dicendus sit. Pro cuius declaratione praesupponimus, quia secundum nostram Senecam non accepimus breuem uitam:

ditionis exempla transmittunt. Inter cætera uero detestanda exempla, unũ illud est: qm̃ & si scriptũ sit: seruos dei non oportet litigare: episcopi tñ & clerici qui spirituales sunt: & lites ac cõtentiões uitare specialius iubent̃: ꝓhpudor tã acerbe, tã impie, tã crebro litigãt: ut omẽs uincãt in ↄtendẽdo laicos. & sub colore iustitię obrepit impietas. Iam ñ mõ ꝑ epãtu litigat̃: sed bellat̃. nõ mõ pro sacerdotio cõtendit̃: sed pugnat̃. Et plerunq̃ nõ sine orbis & urbis periculo bellat̃ in ecclesia: quæ pacem filiis ut pia mat̃ ꝓmittit. Aiunt eni: gloriã nostrã non damus alteri. qui dum uanã retinent: uerã & æternã amittunt. ad gloriã currũt: sed gloria eoꝝ in cõfusione erit. Christus iubet tunicã ꝓximo dimitti, quippe & in facie percuti: ne litiget. isti eligũt ꝑcutere: q̃ parcere. malunt periclitari ecclesias: q̃ non honorari. ¶ Tertio: ille hoĩm status nedum difficilis & laboriosus, sed & ꝑiculosus uidet̃: ex quo plures seductores & scismatũ seminatores in ecclesia oriunt̃. quos certe ex sacerdotum & episcopoꝝ statu prodisse cõperimus. Vñ Hierony: ueteres perscrutãs hystorias repetire nõ ualeo, alios ecclesiã dei scidisse: populos seduxisse: ꝑter eos qui sacerdotes appellati sunt. Accedit: qm̃ ille uidet̃ ꝑiculosior, difficilior atq̃ incomodior uiuẽdi modus: de quo plures cadũt, & plures periclitant̃. Constat aũt plures cadere in uia salutis. & longe plures ex statu ecclesiastico ꝑiclitari: ꝑ̃pr plurima: & ꝑ̃sertim ꝑ̃pr tẽporaliũ affluẽtiã. Sicut certe plures deuiãt in prosperis: q̃ in aduersis. de qbus putandũ est ꝓphetã dixisse: cadent a latere tuo mille & decẽ milia a dextris tuis. Dexterã qdem, honoratiorẽ partem: episcopi & p̃lati in ecclesia tenẽt. cæteri sinistrã. Si igitur de cæteris statibus ad sinistram cadent mille: ꝑfecto de istis cadẽt decem milia. ¶ Quarto: eligere curã aĩaꝝ nihil aliud est: q̃ exponere se ad manifesta & indubitata ꝑicula. quia (ut inquid Greg.) talia appetere: est mentis tẽpestas.

Nam nihil aliud est potestas culminis: q̄ tempestas mentis
Quis enī tā audax, aut uerius quis tā temerarius est: qui in
alto & tempestuoso mari nauigare ꝑoptat: Quis illius na-
uis cupit fieri gubernator: quā periclitā de ꝓximo cōspicit:
Teste Greg. quieto mari imperitus nauta nauem dirigere
potest. t̄bato aūt tēpestatis fluctibus etiā peritus nauta se
cōfundit atq̄ pert̄bat. Profecto nil aliud est curā aīaꝝ susci-
pere. sacerdotiū aut pōtificatum sumere: q̄ scient̄ se naufra-
giis mergere. Solent hoīes de tēpestate in portum fugere.
Qui uero aīaꝝ pastores fieri desyderāt: de portu in tēpesta
tem libent̄ fugiūt. De qbus ꝓpheta dicere uidet̄: qui descē
dunt mare in nauibus facientes operatiōes in aquis multis
& descendūt usq̄ ad abissum: qm̄ anima in eis tabescit pro-
pter negocioꝝ multipliciū ꝓcellam. q̄re t̄bati sunt & moti
sunt sicut ebrius. & tādem omīs sapiētia eoꝝ deuorata est.
Miꝝ certe uidet̄, ut nō satis difficile aut graue uideat̄, uni
episcopo unius animę curā sumere: nisi oīm curas in se susci
piat. Vn̄ qdam sapiens de tam graui sarcina dicebat: fortes
humeri qui talia sustinēt. aut fortis ambitio ad id animos
cogens: ubi futuꝝ periculū sciunt. Quod si pontifex in altū
se locatū gaudeat: cōsyderet, quia tāto erit ei casus grauior
Vix enī ex alto sine labore aut periculo descendit̄. Sed ut
paucis concludā: cura aīaꝝ si recte gerit̄: sūmus est honor.
sed sūmus labor. sūmū onus. sūma seruitus. Si ūo male agit̄
summū aīę periculū. summū malū. quia anceps ex omni par
te negociū est. ¶ Quinto: nō est ꝓposito alienū ꝯsyderaré.
qm̄ (ut ait Crisost. in canone) homo christianus fortit̄ cadit
in peccatū propt̄ duas causas. aut propt̄ magnitudinē pecca
ti: aut propt̄ altitudinē dignitatis. Hæ igit̄ duę periclitādi
causæ ecclesiasticos uiros fortit̄ ruere cogūt. Primo: magnitu
do peccati. scient̄ enī & ex cōtemptu peccāt. Nā qui scit uo
luntatē dn̄i & non facit: (iuxta uerba saluatoris) uapulabit

105

plagis multis. Secundo: altitudo dignitatis. quia quantum dignitas altior: tanto casus grauior. Et teste Greg. quanto quis in sede superiori locatus est: tanto in maiori periculo uersatur. Et Aug. sublimitas honorum: magnitudo scelerum est. Et Hiero. in maiori gradu: maior est sine dubio pœna. Et iterum crisost. in canone: honoris magnitudo his qui indigne uiuunt honore: maximus cumulus incipit esse pœnarum. Et iterum aug. clerici officium: si perfunctorie geritur: nil apud deum miserius, tristius, & damnabilius. ¶ Sexto: ex eporum & clericorum administratione: pericula, difficultates, & incomoda: aptissime demonstrantur. Non enim episcopi & clerici: domini sunt bonorum ecclesiæ: sed (ut Hierony. ait) procuratores seu dispensatores rerum alienarum. & uelut sacrilegos plectendos esse: si quod pauperibus est erogandum, sibi retinent plusquam eius statui sufficit. Quomodo ergo securi sunt clerici: qui non solum ex mala aut desidiosa administratione: sed ex cupida retentione damnantur. Unde pulchre de se & cæteris presbyteris dicebat Hierony. quomodo possumus aliena fideliter distribuere: qui nostra timide reseruamus. Hinc Aug. ad epos & presbyteros ait: esurientium panis est: quem tu detines. nudorum uestimentum: quod tu recludis. miserorum redemptio est pecunia: quam tu refodis. infirmorum solatia sunt delitiæ: quibus tu lasciuis. tantorum ergo scias bona te inuadere: quantis posses prestare quod uelis. Sed & Bern. in epistola ad fulconem ait: ne tibi o pontifex, o sacerdos, blandiaris: quo tuis contentus, alia non arripias. Rapis enim cum luxuriaris: ut de altario superbias. de quibus quod preter necessarium. ac simplicem uictum retines: tuum non est. rapina est & saccilegium. habentes (inquit apostolus) uictum & uestitum: non uictum & ornatum. non delitias, non uestes: quibus lasciuiamus. Et iterum idem Bern. ad senonensem archiepiscopum: clamant nudi. clamant famelici. conqueruntur pauperes. dicunt: dicite pontifices in inferno: quid facit aurum nobis fame, frigore, miserabiliter laborantibus. Quid conferunt

tot imitatoria uel extensa in porticis: vel plicata in manicis: nostrum est quod effunditis. nobis crudeliter subtrahitur: quod inaniter expenditis. Hinc & Hierony. (pontifices & clericos cominans) ait: ecclesię principes qui deliciis affluunt, propheticus sermo describit: quod eiiciendi sunt de spatiosis domibus, lautisque conuiuiis. Et sequitur: si uis scire quo eiiciendi sunt: in tenebras uidelicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Item idem Bern. ad clericos ait: multiplica prebendas. habe archidiaconatum. aspira ad episcopatum. gradatim ascende. & in puncto ad inferos sine omni gradu descendes. ¶ Septimo: pericula, incommoda, aculei, & difficultates huius status ecclesiastici: ex eo euidentius apparent. quoniam si prophetarum, si patriarcharum si totius sacrae scripturae repetuntur annalia: nullum reperiemus genus hominum, quos deus uehementius arguat: & seuerius comminetur: & crudelius puniat: quam pontifices, pastores, & sacerdotes. Discurre per prophetas. & scripturam legem: quid audis nisi pastores populi mei praeuaricati sunt in me: propterea adhuc in iudicio contendam uobiscum. Et iterum: stulte egerunt pastores. Et sequitur: propterea euellam eos de terra. Rursus ad eos: omnes pastores meos pascit uentus. Et alibi: ve pastoribus qui dispergunt gregem meum. Et iterum: ve pastoribus israel qui pascunt seipsos. Et sequitur: collidam in te pastorem & gregem. Denique ad Iohelem prophetam transi: quid nisi comminationis poenas: quid nisi clamores plangentium sacerdotum & pontificum audis: Ait enim: plangite sacerdotes. ululate ministri altaris. Ausculta Ezechielem: ve pastoribus israel qui pascunt seipsos. Et iterum super pastores iratus est furor meus. Malachias quoque non tacet eorum exterminium. Ad uos inquit sacerdotes qui despicitis nomen meum: ad uos est mandatum. O sacerdotes, ecce ego proiiciam uobis brachium irae meae. & dispergam super vultus uestrum stercus. Et iterum: dedi uos contemptibiles omnibus populis. Sed & Amos propheta: quam dure praelatos & pastores ecclesiae

106

comminet᷑: audiamus. Ait enim: ue uobis qui opulenti eſtiſ in ſyon, & cōfiditis in monte Samariæ: optimateſ capita populoꝝ: ingredietēſ pompatice domum dei: qui dormitis in lectis eburneis. & laſciuitis in ſtratis ueſtriſ. Deinde contra huius ſtatus & uitæ homīeſ ſcriptum eſt: quicūqꝫ deſyderauerit ꝑmatum in terra: inueniet cōfuſionē in cęlis. Et iterꝝ: int̄ ſeruos dei nō cōputabit᷑: qui de ꝑmatu tractauerit. Sed & Chriſtus in euāgelio has illiſ pœnas & cōminatiōeſ confirmat. Ait enī: ue uobiſ qui diligitiſ ꝑmas cathedraſ. Sed quid hęc cōmemoramus? Plena eſt ſacra ſcripťa huiuſmōi increpatiōibus & cōminatiōibus. Quis ergo dubitat periculoſum, difficilem, & cunctis aculeis miſeriis refertum eſſe illū hominū ſtatum: cui tot maledictionū & anathematum: tot cōminationū genera: tot pœnarꝝ & ſuppliciorꝝ mala: ꝓphetæ, patriarchæ, ſancti, ipſe quoqꝫ deus: in ſcripťis ſanctis imprecant᷑? Vn̄ Criſoſt. (ſup illud obedite ꝓpoſitis ueſtris) O pontifex, o pręlate: cōſpice q̄nto igni ſupponis caput tuum. Et ſubiicit: miror ſi quē cōtingat ſaluari de hiſ q ꝑncipant᷑ & ꝓſunt in tātis minis. & in tāta pigritia: in tātis increpationibuſ & in tāta deſidia. Video tñ̄ currenteſ & ſponte ſe ſubmittēteſ in pericula. contra quos duriſſimū iudiciū his q præſunt ſcilicꝫ male. De bonis uero ſcribit᷑ ꝓuerbiorꝝ. xii. nouit iuſtus anīaſ iumentorꝝ ſuorꝝ. Sed quid de periculo, & incōmoditate, & aculeis eccleſiaſtici ſtatus dicā cum ep̄is & clericis ipſa ſymonia (quę hereſis appellat᷑) tā familiariſ & cara ſit: ut uix ſine illa in domo dn̄i incedāt? Quibus etiā inuidia domeſtica, auaritia ānexa, libido, ira & ſuperbia in rerꝝ abundātia uidet᷑. Sunt in hoc ſtatu patriarchæ pompoſi ep̄i negligēteſ. decanus timidus. archidiaconus elatuſ. canonici extra chorꝝ uacāteſ. uicarius in litibus. tabellio falſus. p̄ſbyter imprudēſ. curatus ignarus. cōfeſſor leuis. diaconus euāgelia neſcienſ. Subdiaconus ep̄tam ignorat. cātoꝛ latrat.

thesauratius fabricat, defraudat. sacerdos sacramenta uẽdit. capellanus uenalis: ut statim latius tangemus in capitulis seq̃ntibus. ubi singulatiẽ de quolibet gradu & officio ecclesi astici status succincte agemus;

¶ Ca. xiii. ¶ De dignitate & pr̃rogatiua officii decanatus in ecclesia. & de illius honore & ueneratiõe. & de his q̃ ei competunt. Demum de pluribus oneribus & afflictio nibus ac defectibus & periculis Decanorum;

AVdita sunt preconia, laudes, necnõ exellentia, præeminentia ac sanctimonia status ecclesiastici in genere & communi. Audita deniq̃ sunt eius uitę forulę, incommoda, calamitates & miseriæ, afflictiões & pericula. Quo fit: ut facile eiusdem status dulcia & amara cuilibet recte intuenti patere possũt. Verũ quanq̃ ea quæ in ca re breui diserta sũt: ad omñs ecclesię status scd̃m ordinum & officiorũ differẽtias applicari possũt: qui omñs clericorũ nomẽ & ministrorũ officiũ in ecclesia sortiti sũt. quia tñ particula rius ep̃os & prælatos respicere uidenẽ: supest ut ad cætos inferiores ecclesiæ status. gradus & ordines breuis & singularis sermo decurrat. Cõsuetũ igiẽ ordinẽ seq̃ntes: unũquecq̃ inferiorũ clericorũ gradum siue statum tãgemus: & quid laudis, quid exellẽtiæ, quid utilitatis. demũ quid calamitatis, afflictiõis & periculi habeat. sed & quot defectus in eos dã nabiliẽ committanẽ: succincte afferemus. ¶ Primo igiẽ post ep̃m decanus siue præpositus existit. nec id rõne caret. quia (ut inquit canon calixti papæ & martyris) decanorũ dignitas recte maior post pontificalem appellaẽ. Nã decano post pontificẽ maior ac p̃ncipalior cura & collegii administratio cõgruit. Rursus p̃ximior est ep̃o dignitate & honore: cui p̃pinquior est in cõsilio & assistentia. Ipse collegium necnon

107

personas ac res collegii iudicat & tuet. Hinc in exodo: int iudicantes uniuersitatē decanus cōstitui iubet. quare sacri canones uenerādā eam dignitatē decreuerūt. Est eni decanus: collegii caput. de quo scriptū est: cōstituit eū dñs in caput, ñ in caudā: quod cęteris corporis membris auctoritate & iudicio pręcellit. idq primitas loci in ecclesia indicat. Habet deniq decanus in capitulo & collegio pmam uocē. pmas salutatiōes. pmos recubitus. Sed iam audi huius dignitatis onera: huius status calamitates, miserias, defectus & picula. Impmis igit fateor: grandis est huius status ꝑrogatiua. Sed utinā tā bene huius dignitatis onera agnoscerent: quā ipsa appetit. Dicam uerius: tā utilit ei incumbētia implerent: q ab oībus sciunt. Gaudent certe decani & ꝑpositi de honoris excellētia: sed utinā dignitatē uirtus sequeret. Virtus enim (ut qdam ait sapiens) non solet esse iactatrix aut sui miratrix: sed alieni imitatrix nō, de extrinseco honore: sed de cō scientiæ onere cogitat. si illud delectat: istud cruciat. Virtus nō de se cōfidit. nō arrogat. scit hoc esse tempus militiæ & laboris: nō delectatiōis. nō pompæ. nō faustus. Fateor deniq: Decanus collegii & capituli caput existit: sed uide ne dignitas ipsa qua tātopere delectaris: cōteret caput tuum. Sic age: ne de te ecclesia dicat quod scriptū est: caput meum doleo. Videat decanus qui se collegii caput iactat: ne cæti de improuido capite capita sua moueāt. Cernat si eius facta ingerūt commotionē capitis in pplis: quia omē caput lāguidū a pede usq ad uerticē ñ est in eo sanitas. Caueat decanus: ne sit illud caput de quo scriptum est: facti sūt hostes eius in caput eius. Aduertat decanus ne caput serpentis sit cætera membra nedum uegetās sed inficiēs. quia deus cōstringet capita draconū in aquis. Verendū est plurimū: ne sint illa capita de quibus scriptū est: in uniuersis capitibus eius caluitium: idest deformitatis uitiū. Decanus siqdem si recte

agat: episcopo odiosus sit necesse est. adeo: ut illius sit ho-
stis: si collegii amicus esse cupit. Si uero a p̄sule amat̄: a ca-
pitulo odiet̄. Pro eo enī caput capituli est cōstitutus: ut nō
nunq̄ cupiditatibus aut episcopi insolētiis resistat. qui p̄ui-
legia: qui libertates: qui bona: qui redditus ecclesiæ plerūq̄
usurpat. Ideo certe Decanus, caput est: ut collapsa collegii
erigat. sparsa colligat. recuperet pdita. deformia deformet
Caput tūc esse desinit: cum singulorꝝ de collegio crimīa pal
pat: ne eorꝝ fauores perdat: atq̄ ut eum eligāt: honorent &
uenerant̄. Sed fateor labiis honorabūt: non animo. cor autē
longe est ab eis. Collegiū rursum regendū decanus suscipit
immo uerius ferā indomitam gubernādā. Parua enī domus
ægre & difficul̄t regit̄. Magna collegia præsertim sine sapi
entia aut uirtute tāto regunt̄ difficilius: q̄nto quot sūt sin-
guli: tot singularibus ferunt̄ opinioībus. Si igit̄ decanus l̄g
tat̄ de honoris dignitate: metuat onera. metuat pericula. q̄
sunt: ut enarrari facile nō possunt. Quis enī est decanus qui
ep̄o n̄ sit grauis & cōtumax: quin potius ɔtra eum ɔspiret:
qui in eius cōtemptū nō abstinet a diuinis. qui sigillat lit
teras sine capituli assensu. qui sibi cōmunia ecclesiæ appro-
priat. qui non residentes agit ut percipiāt fructus: licet non
facientes seruitiū. qui grauat subditos. qui eos nō defendit.
qui eos tolerat pro pecunia in peccatis: qui inhoneste ince
dunt: inhonestius uiuunt. ¶ Paucula huius dignitatis onera
pericula & afflictiōes atq̄ defectus enarrauimus. quia in se-
quentibus ecclesię officiis & gradibus, plurima adducemus:
quæ merito eidem dignitati aptari possunt. Qui igit̄ aures
habet audiēdi: audiat. & int̄ tot periculorꝝ anfractus, sit cau-
tus. Facile enim uitabit cruciatum: si uelit uitare reatum.

¶ Ca. xiiii. ¶ De dignitate & p̄rogatiua officii archidia
conorꝝ. ac de honore & ueneratione ei debitis. & de his

108

quæ ad eum spectant. Demũ de plurimis oneribus & afflictionibus. defectibus, & periculis Archidiaconorum;

ARchidiaconi dignitas non paruam in ecclesia militãdi prærogatiuã, nec infimũ honoris gradum habere dinoscit. Ipse enĩ pcipuus oculus episcopi dicitur: peo qꝫ cuncta ad epm expectãtia: uidere ac solert puidere tenet. ueluti qui a canonibus uicarius est illius ꝯstitutus. Ad Archidiaconũ siqdem præceteris ecclesiæ gradibus pro singulari q̃dam exellentia examinare ptinet ordinãdos. idoneosqꝫ admittere. inabiles uero repellere. Qui (ut canones aiunt) prælatus merito existit: quia post epm pemineñtiã, iurisdictionẽ & auctoritatẽ obtinet: psertim cohertiuã & cõtentiosã. Rursus illi corrigẽdi atqꝫ uisitãdi nõ tã clerum: q̃ pplm fas est. Ipse deniqꝫ psidere debet: cum archipsbyter eligit. Ipsũqꝫ instituit & p meritis destituit: si cõtraria non extet cõsuetudo. Ipse tãdem tãtæ dignitatis est: ut coadiutor episcopi ecclesiæ pncipis recte dicat. Sed & ad eũ pertinet uacantes custodire ecclesias. Ex qbus, prefatæ dignitatis eximius honor simul & utilitas: facile cõphendit. Verum audi amara huius status: tu qui dulcia degustasti. atqꝫ imprimis ea repete: quæ sup pxime attulimus. signant in pcedentibus capitulis: ubi de epis & clericis in genere egimus. Sed & illa hic uisere: quæ pauloante de Decanis diximus. Adde: quia fateor archidiaconi ampla, sed & honoranda est dignitas. si tu ea dignus existis: non parua est pemineñtia. si quos potestate regis: uirtute pemines. Honoris est prrogatiua: si cęteros humilitate pcellit. Quod si secus agis: utiqꝫ experieris illud sapieutis senatoris: quia dignitas ipa parem uicem improbis reddit: quæ non tã a possidẽte deturpat: q̃ ipsũ deipat. deniqꝫ nõ parum eos cruciat ipsa assidua diraqꝫ ãbientiũ crux. Quis enĩ est archidiaconus: qui nõ prępositus

aut decanus: ille episcopus aut archiepus: ille patriarcha: il
le cardinalis: ille tādem romanus pontifex assumi ñ uelit.
Quis archidiaconus preficit: nisi ut potētior aut ditior sit:
& cōtra iustitiæ precepta pesse quærat: qui pdesse nescit: &
magnæ classis gubernacula querat: qui paruā scaffā dirigere
non nouit. Taceo intrinsecas eorū calamitates: qui plerunq
spem emūt dignitatū. & ut qdam sapiens dicebat: uertigo
est oīm pessima: ut ad eā nunc currāt certatim homīes: quæ
fugere iubent. ab hisq retrahi nō uelint: quæ olim aspnari
cōsueuerūt: quippe & debuerūt. Fateor rursus: archidiaconus
oculus episcopi describit: nōnunq tn̄ tales ipsi præsules sūt
talesq eorū oculi: ut alter altero orbari uellet. adeo: ut eps
de eisipsis oculis dicere cogat: cōtenebrati sūt oculi mei. Et
iterū cum alio pphéta: nihil respiciūt oculi mei: nisi mala.
Quibus alius pphéta ait: dedit tibi dn̄s deficiētes oculos.
Et Hieremias: oculi eorū pleni sūt puluere: qui aptis pal-
pebris nihil uideāt. quia oculos hn̄t & non uidebūt. Quis
enī eps de his ocul gratias agit: ut dicere ualeat nec elati
sūt oculi mei: qui ita episcopi sui neglīgētias suppleāt: ut
de eis dicat: impfectū meū uiderūt oculi mei: idest archidia
coni. Hi certe sūt oculi de qbus ait pphéta: ponam oculos
eorū sup malū & nō super bonū. Quid enī aliud uident ar-
chidiaconi: nisi munera. Cōferunt bn̄ficia, nō meritorū: sed
pecuniarū cumulo. nō uirtuti: sed sanguini. qui ad sacros or
dines deordinādos: ordināt. implent inutilibus atq ignaris
ministris ecclesias: ut bursas repleāt. Hi pter obseqa, de-
licta nō impuniūt. arcas: nō personas uisitāt. nec ad lucrum
aīarū: sed quæstū & grauamē uisitādi officiū uertunt. Hi res
pauperū pauperibus nō erogāt. sese secularibus exhibēt. qui
cōtemnūt psbyteros. qui pncipum curias sequunt: ut ad cathe
dram pestilentiæ pestilent ascendāt. Hi certe (ut cum pphe
ta loquar) uiuificant morituros: & mortificant uiuituros.

103

excõmunicant sine cognitione· absoluũt excõmunicãdos· Hi magis lauta cõuiuia: q̃ diuina sequunt̃ officia· Adde: quia q̃ ad eos ptinent: negligunt· aliena uero usurpãt· & cũ eoꝝ tota pene iurisdictio ex cõsuetudine pendeat: cõtra ep̃m ꝓscribunt· in eius ordinariã messem: extra ordinariã falcem mittunt· Taceo eoꝝ pudicitiam· quæ tãta est: ut subditos agat impudicos· qui facile maioꝝ imitant̃ exẽpla· Ad quos Hieremias in trenis ait: subtrahũt ministri domus dei a tẽplo auꝝ & argentũ· & erogant illud in semetipsos· Et sequit̃: dãt aũt ex illo ꝓstitutis & meretrices ornãt: hi ñ liberant̃ ab erugine & tinea· Illos certe signat Malachias: recessistis (inquit) a uia uestra: scãdalisatis plurimos in lege: ꝓpterea dedi uos cõtemptibiles & humiles oĩbus pp̃lis· ¶ Paucula certe ex multis huius officii calamitates & afflictiones, miserias, defectus atq; pericula enarrauimus· cum longe plura sint: q̃ scribere libeat· quę cũ quis in eo ↄstitutus ordine: secum ipse cõsyderat: nihil est cur non intus plurimũ crucieẽ: cuius aptissimi sũt defectus & paucissimi ꝓfectus· Quare q habet aures audiẽdi: audiat· & in tãtis periculis constitutus sit cautus· nõ enĩ timebit supplitia: si studebit fugare uitia;

¶ Ca· xv: ¶ De dignitate & prærogatiua officii Cantoris· & primicerii· & de honore ac ueneratione ei debitis· & de his quæ ad eum ptinent· Demũ de plurimis oneribus & calamitatibus, defectibus, & periculis Cantorum;

CAntor siue Primi cerius: singulari honoris & dignitatis prerogatiua in ecclesia fungit̃· cuius ministerium ad cælestes laudes: ad cultus diuini augmẽtum ꝓncipalius ordinat̃· Hic: (ut canonica tradit institutio) accolitos, & cætos ecclesiæ inferiores gradus ac ministros ad diuina dirigit officia canendi, legẽdi· hymnos & psalmodiam

præuidet atq instituit. Sed & quicqd diuinę laudis in com muni choro decãtatꝰ: per eũ sollicite pordinatꝰ. psallẽdi or/ dinẽ: orãdi modũ ipse cõmittit. neglıgẽtes aut discolos punit. Et vt paucis agamus: eius oneri incumbit: vt diuina officia gnanit & ordinate altissimo persoluantꝰ: vt iuxta aptm omĩa scdm ordinẽ fiãt in ecclesia. Tanto igiꝰ cãtoris dignitas apud deũ dignior, acceptiorq est: qnto pncipalius cælestibus laudibus occupatꝰ. Nemo enĩ dubitat qntum deo nostro sit iocunda, decoraq laudatio. Hinc amico dei moysi p speciali qdam exellentia dictũ est: elige ad iudicãdũ pptm uiros qui oderunt auaritiã. tu aũt insiste in his quæ ad deũ sunt: vt laudes & cerimonias offeras deo tuo. Sed & Isaias sup cuncta quæ in ecclesia dei geri psignabat, modernis ministris dei ait: tu (inquit) bene canta. frequenta cãticum. Et iterꝶ scripta ait: uociferabuntꝰ leuitæ: & ego exaudiam eos. Verꝶ: heu heu dixerim: cecidit corona de capite eorꝶ. & cãtus illorꝶ uersus est in luctũ. quia carmẽ lugubre in ore eorum. Cãtores siqdem moderni in ecclesia nec canũt deo laudes: nec vt alii eos psoluant, efficiũt. Quos cõminatꝰ scripta ingens: nõ claudas ora canentiũ: deo enĩ gratũ est obsequm eorꝶ. Hi ex officio canere debent dño: quia bona tribuit sibi. Hi nequaq dicere pñt: exultabũt labia mea cũ cãtauero tibi. Quõ enĩ tacent qui cantare iubentꝰ: qbus ppheta ait: psallite dño in uociferatiõe. Cantãt plerunq: sed nõ cũ grauitate & modestia. Qui vtinã ex eorꝶ numero essent q dicere possẽt: in pplo graui laudabo te. Non enĩ cantat dño: qui ex corde nõ psallit. cuius uiæ impiæ sunt: & ad sæcularia debaccantꝰ. Quẽ, & similes: alius ppheta signat ingens: uoces & uictimæ impiorꝶ, non placent dño. Et iterꝶ: cantica eorꝶ qsi panis lugentiũ. Et rursum alibi: non psallebãt ad me in corde suo ministri altaris: sed ululabãt in cubilibus suis. Quõ. n. ecclesię cãtores septies in die laudẽ dicũt dño:

110

qui utinā ſemel chorꝝ ingrederent̃. Quippe uerecundum ho
die putāt canere dño: qui cātoreſ appellari geſtiunt. Oppo
ſitum apponūt in obiecto: & monſtro ſimile temptāt: cū cā-
toreſ eſſe uolūt: & cātare dedignant̃. Non igit̃ canētes aut
pſallenteſ: ſed potius ſilenteſ dicant̃. quare nec ut canenteſ
mādu͏cent: quippe ut ſilenteſ mēdicent. Magna itaq; miſte-
ria: magna calamitas: ſed & magnū periculū eſt id neglige-
re quod ſūt: & ita agere: ne nomē cōſonet rebus. Canebant
enī antiq ecclesiæ miniſtri: ſed diuerſo calle. Nōnulli enim
pſallebāt cum gaudio: quia ſuū pſoluebāt miniſteriū. quos
rex & pphéta ſignat ingens: exultate iuſti in dño: quia re-
ctos decet decātatio. Alii uero cātabant dño corde & uoce
nec eos tenebat pſallendi faſtidiū: quos delectabat puenien
di deſyderium. Sic canebat Dauid inquiens: cātabileſ mihi
erāt iuſtificatiōeſ tuæ in omni tempore. Hos certe cātores
laudat, extollit, & commēdat ecclesia. nō utiq; eos: qui totū
pſallendi finem in uocis dulcedine collocāt. Qua de re ſan-
cti uiri & ſapienteſ: diuerſas circa ecclesiæ cantū, tulere ſen
tētias. Athanaſius enī (meditās cātilenas) aīos hoīm plerū
q; inaneſ, uanoſq; efficere poſſe: cauendū canendi uſū, in eccle
ſia interdixit. Meminerat enī ſanctus uir canēdi delectatio
nem uanos nōnunq̃ gignere cōceptus: memor multorꝝ noīa
torꝝ pncipum, qui incredibilem curā uocis habuere: uelut de
Caio cæſare legimus. Taceo de nerone: qui ultima uitę ſuę
hora: pma inter quęrelas quas ppinqua morſ afferebat, illa
fuit: nō q; tātus pnceps: ſed q; tātus muſicuſ periret. Verun-
tamen beatiſſimus præſul Ambro. pietatis appetēs, diuini
q; cultus auctor & inſtitutor: ut in ecclesia caneret̃ inſtituit
Aurelius ꝰo auguſtinuſ utrūq; ſe paſſū ait. difficileq; nego-
ciū iudicauit: ut in libro ꝯfeſſionū aſſerit̃. Adde q̃ dicemus
cū de canonicis agemus. Qui igit̃ aureſ habet audiēdi audi
at. ac ſi int̃ tāta pericla ꝯſtitutus ſecure incedere cupit: agat
iuxta præcepta ſui gradus: nec uſq̃ erit ei finiſ paruus;

¶ Ca. xvi. ¶ De dignitate & honore officii thesaurarii vel custodis ecclesiæ. & de his quæ ad eũ ptinent. Demũ de plurimis oneribus & calamitatibus. afflictionibus, defectibus, & periculis illorꝝ qui talia officia habent.

Thesaurarius, siue custos: pcipua qdam prrogatiua ac honoris peminentia in sacrosancta ecclesia fulget. Illorꝝ enĩ dignitati & officio basilicarꝝ pmo incumbit custodia & tuitio. hostiariorꝝ institutio. lumiariũ incensio & preparatio. Cura deniqꝫ ꝯficiendi ꝯseruãdiqꝫ baptisma tis, dirigendi baptisterii. Vasorꝝ quoqꝫ sanctorꝝ ac sacerdotaliũ uestiũ: necnõ sacrarꝝ reliqarꝝ. & tandem totius ecclesię thesauri ad eum pncipalius ptinet custodia. sed & int ecclesiæ ministros ꝑ mõ obsequii & psonarꝝ differentiis redditus, & oblationes diuidit. Merito igit sancta synodus id ipsum dignitatis officiũ, vt vnã ecclesiæ columnã sũmo studio eligendã honoriqꝫ habendã decreuit: vt nullus in ea nisi sanctior & melior ordinet. ¶ Sed ordo exigit policitus. vt huius dignitatis onera, afflictiones & pericula breuissie audiamus. Impmis igit sacristæ siue thesaurarii ecclesiæ aut cuiusuis Reip. recte stomacho corporis natalis comparant. Veluti enĩ stomachus recipit, quippe & cõseruat sũma diligentia alimenta humano corpori necessaria. quę tñ refundit uirtualit & effectualit in membra singula. nec alit thesaurarius cõseruat ecclesię thesauros. & sua dispositiõe expensarum subsidia infundunt, aut in ærarium ecclesiæ: aut in singulorꝝ necessitates: principis aut cõmunitatis iussu. Et ueluti stomachus pestifer est qui multa recipit, & recepta minime refundit in membra ꝑ eorꝝ nutrimẽto: sic thesaurarius aut ecclesiæ custos multa ab ecclesia recipiẽs, & nõ ꝯseruãs: nec æqliter pro singulorꝝ utilitate distribuens: pestifer est. multosqꝫ morbos in corpore ecclesię generãs. Et de talibus

ait Hieremias: uentrem meum doleo. Et iter Isaias: transgressorem ex uentre uocaui te. Si uero fideliter conseruat, atque pro membrorum & personarum ecclesiae qualitate & praesidentis dispositione utiliter distribuit: tanquam saluberrimus commendandus est. Hinc Policratus, recitat fictam sed facetam ac utilem fabulam: de altercatione & discordia inter membra & stomachum: eoque ille deuorabat omnes labores eorum. nam (ut ait ecclesiasticus) omnis labor hominis in ore ipsius. Tandem cum uenissent ad iudicium coram ratione, quae erat iudex, & ratio iudicasset: membra nihil debere dare stomacho. Illico membra debilitata sunt: & tremores in cunctis membris aderant. quare eisdem membris conquaerentibus: iterum ratio iudicauit: ut alimenta stomacho a membris ministrarentur. Quo facto: membra reuocillata sunt: & pax confirmata est. Et ob eam rem Policratus subdit: quod thesaurarii ecclesiarum, & qui principum tenent erraria: non sibi sed comunitati & totius corporis Reip. coaceruare debent thesauros ipsos, & ecclesiae redditus. Si enim aut sibi tenaciter conseruat: aut nimia largitate exinanitus fuerit: nihil habebit quod ministris & ecclesiae membris distribuat. ¶ Sed iam specialius ad huius officii labores, difficultates, incomoda atque pericula descendamus. Thesaurarii itaque siue custodis dignitas fateor perdulcis est. Idque eius nomen indicat: ab auro dictum. nec mirum si nomen delectet: cuius rem mortales tam auide petgrimus. Delectantia certe nomina: sed difficillima officia: si recte gerantur. alioquin periculosa plurimum atque mortifera. Iocundum nomen: sed moestus effectus atque promptum periculum: si reddenda est aliquando de receptis ratio. Taceo de neglectu: cum scriptum sit: maledictus homo qui agit opus domini desidiose. Basilicarum igitur sacrorum, quae utensilium ac uniuersi ecclesie thesauri custodia atque cura illius unius prohpudor tuitioni uerecunde committitur: qui plerumque sui non rectam gerit custodiam: qui aut puer est aut minus ad idoneus: nec satis notus. Et quod periculosius est: cui nec aetas

nec ingeniũ, nec mores, nec industria: ad paruæ domus custo
diam satis sufficeret: matricis pncipalisq ecclesię templa: nõ
mõ tribus vnita, sed sacris pciosisq iocalibus ditissima: illo
rumq cõseruatio: intrepide demãdat. Mira confidentia aut
magna dementia. mirãda facilitas aut stulta securitas. Ve-
reor ne hi sint illi custodes: quos daniel signat ingens: custo
des tui qui locustę. Sed oro: quo pacto luiaria in ecclesia accẽ
dent: ne lucis in domo dei desit splendor, qui semp obscuri
existunt: aut quõ qui dormiũt in tenebris & vmbra mortis
aliis lucebũt: Quõ rursus sacra tuet: q pfana intuet: quõ re
liquiarum sanctarum pciosa pignora uenerabit: qui tytulũ nõ ui
dit: nec eius auris audiuit: nec in cor ascẽdit, de reliquiis &
uenerationẽ sanctorum: quõ dñicum corpus reuerent tenet: qui
spurcitiis adheret: quõ solert prestabit exactã custodiã cęte
rarum rerum spũalium: cui assidua est cura rerum secularium: Adde
cui saccariũ carcer est: altare exilium. Iubent siqdem custo-
des (vt in libris numerorum legit) excubare in custodiis taber
naculi. quippe custodiã ɔtra custodiã diligẽtissime adhibere
Sed hi (vt alii filii Heli) cõcubinas mittunt ad custodiã do
mus dei. Deniq redditus ac oblatiões thesaurarius recipit.
quas vtinam æqua lance diuideret. Sed forte male dixerim
diuidũt inq: sed nõ vt apli put vnicuiq opus est. sed hñti
dãt: & non hñti subtrahũt id quod habere debeat. nõnunq
uero nõ seruienti: sed absenti tribuunt. Diuidit inq a fratri
bus: non a se. sic ptes distribuũt: vt totum retineãt. expẽsas
graues defalcat: qui lucra sensit. nõ parua damna suppotat:
qui ultra sortẽ extorsit. & more pditoris dispensatoris: sa-
crum de sacro eripit, atq dignitatis emolumentũ in sacrile-
gium uertit. ¶ Ex quibus huius officii defectus, calamitates
& pericula facile ɔspicies. Si igit aures habes audiendi. au-
dias. & int tot discrimina & picula uersatus: sis puidus. Tu
tus. n. in hac uia gradieris: si quod ordo reqrit: sequeris;

¶ Ca. xvii. ¶ De dignitate & prærogatiua officii Scholastici in ecclesia. & de his quæ ad hoc officium spectant. Demum de plurimis oneribus, afflictionibus, & calamitatibus. ac defectibus & periculis Scholasticorum.

SCholastici officium siue dignitas: nō modo honorāda, sed sūme necessaria in ecclesia fore dinoscit. Vt enī ait honorius in canone: scholar magistri uelut stellæ in ppetuas æternitates: doctrinæ lumen infundit. Hos merito ecclesia honorat atq̧ prębendis atq̧ redditibus non mō pmiat: sed ditat. vt in vnaquaq̧ cathedrali ecclesia clericos & cæteros scholares pauperes gratis instruant. Quare illis ea de re tam opulent puidet: vt & docētis releuet necessitas: & uia pateat discentibus ad doctrinam.

¶ Sed huius officii calamitas, defectus, afflictio, & periculum: breui audire libet. Atq̧ impmis Scholasticus qui a sapiente schola, nomen trahit: nequaq̄ (vt puto) tā fastuoso nomine oblectaret: si uera sapiētia fulgeret. Vt enī ingt Laureatus poeta: nō eget tytulis sapientia solida: per seipsam clara est. Quis lucernam vt uideat, soli adhibet? Plurimi scholastici doctoris aut magistri dignitate insigniti: cū his tytulis obscuri & absq̧ illis clarissimi euasere. Sed uer est quia hodie mortales: tytulos quærūt, nō rem. laudem petūt pmium certe inane, exiguū atq̧ sordidū. Quæ res egētis ingenii signū est: quia vmbris gloriari: ac opīone nō ueritate duci uolunt. Rursus necesse est vt illud noscat qui scolastici dignitatē assumit: quia docendi, nō lasciuiēdi: nomē assumit Docere enī eū oportet nō nuda litterar instrumēta: sed morum pclara documēta: vt quod docet: in se teneat. Sed ph dolor assumunt qdem scholastici in hac tēporis tēpestate ad huiusmōi ecclesiæ officiū: vt honoris assequant dignitatē: licet nullā sciētiæ habeāt facultatē. Appellant quod nō sūt.

nec unq̄ didicerunt: quod docere cōtendunt. & quod uerecū
dius dicā, & periculosius est: qui nusq̄ scholas uiderūt: scho-
las regere ꝓfitent̄. Magistri uocant̄: qui nondū fuerunt di-
scipuli. aut (si uelis) magistri sunt erroris: qui nunq̄ fuerunt
discipuli ueritatis. Peritiā docendi pollicent̄: q̄ aperte igno
rantiā cōfitent̄. Facundiā dicendi hoc officiū exigit: qui bar
barismis utunt̄. Subtilitatē deniq̄ sacras int̄pretādi scriptas
ea dignitas exq̄rit: qui utinā simplicē intelligerēt litterā.
Magna certe miseria, magna est magistri cōfusio: id ignora
re quod uocari delectat. ut recte ei ap̄ts dicat. qui aliū do
ces: teipsum nō doces. Hos q̄dem ignorantiæ p̄ceptores mo-
net sapiens cū ait: anteq̄ loquaris & doceas: disce audiendo
Quid enī tam t̄pe: q̄ ꝓfiteri artem quā nunq̄ nouit: Et in
eam cōmittere: quæ eū decorat: Taceo eoꝝ mores omni sa-
nę doctrinæ aduersos: cum dicat Boetius: uas putridū corrū-
pit aquas. & omnis doctrina uilescit ex ignomīosa uita do-
centis. Sed utinā quod per se nō ualent: per doctos ꝓbosq̄
uiros explerēt. Sed ueꝝ est quia hoc habet oīs ignorās: ut
tales ceteros appetat: doctosq̄ ꝑsequat̄. quia nō facile p̄ cæ-
teros explet: quod ipse oderit. Qui igit̄ habet aures au-
diendi: audiat. atq̄ int̄ tot calamitatū & defectuū pericula
cōstitutus: sit cautus. quia nulla ei nocebit aduersitas: si nul
la dominat̄ iniquitas.

¶ Ca. xviii. ¶ De preeminentia & utilitate officii archi-
presbyteri. & q̄ntæ sit ueneratiōis. & de his quę ei com
petunt. Demum de plurimis oneribus, & afflictionibus,
defectibus & ꝓmptis periculis Archipresbyterorum.

ARchipresbyter non paruum honoris & pꝛerogatiue
gradum in dei ecclesia obtinet. Hic enī maioꝛ pꝛe-
sbyteroꝝ dicit̄: quia illis pręest: & in eos iurisdi-
ctionem & coertionem exercet. cui uisitatio (ut sacri habent

canones)aliqñ personarum regularitẽ uo ecclesiarum ac fabricæ competit. Sed & qua deuotiõe, quo ue ordine baptismus, ceteraq a p̄sbyteris cõferantẽ sacramẽta cura ei pertinet. Hic ex singulari p̄rogatiua, absente episcopo missas sollennes in ciuitatibus celebrat. sacerdotesq ad missas & diuina officia decãtanda deputat. Hinc largo nomĩe prælatus licet ruralis nuncupetẽ. magna certe dignitas cui magna committuntẽ.

Uerum q̄nta sit huius officii & status calamitas q̄nta afflictio q̄ntum periculũ ex eo cõspicere libet. quia ipse archipresbyter qui maior p̄sbyteris nomĩatẽ nomẽ solũ retinet rem aũt ipsam diu perdidit. atq utinã ceteris presbyteris nõ minor esset uita & idoneitate ipse qui gaudet nominis maioritate. Maiores sũt ut potestatẽ exerceãt. nõ qdem in rectitudine & humilitate sed in rapinis superbia & abusione. Sacrum est archip̄sbyteri nomẽ sed exercens p̄fanus. clarus tytulus obscura res. Magna certe calamitas est. Ex dulci fauo amaritudinẽ fundere. Uisitat archip̄sbyter qui plerunq uisitãdus esset. corrigere ↄtendit qui ad uitia tendit. eclesias uisitat ut eas spoliet nõ ut ornet. fabrice curam gerit sed domus suæ nõ murorum templi. Hi sũt quos p̄pheta cõmemorat suscitabo pastorẽ qui delicta nõ uisitet. Adde quia si uisitãt nõ qdem in uirga iniq̄tatis subditorum aut in uerberibus peccata eorum nec ea uisitatiõe qua scriptũ est requirã oues meas & uisitabo eas sicut pastor uisitat oues suas sed uisitãt bursas. palpãt delicta. qui merito audiẽt uos dispersistis gregem deiecistis eos & nõ uisitastis. quod crassum est commedistis. quod infirmũ nõ uisitastis. q̄re (inquit p̄pheta) uisitabo p̄uaricatiões syon. Et iterum uisitabo super uiros defixos fecibus, uoluptatibus, uidelicet & auaritiæ.

Qui igiẽ habet aures audiendi audiat. & in tãtis periculis ↄstitutus sit cautus. agat iuxta eius officio incumbentia & uitabit cuncta discrimina nocentia.

¶Ca·xix. ¶De p̄rogatiua & magna utilitate officii Canonicorum· & quātum sit honoris & reputationis· & quid eis congruat· Demū de innumeris huius status oneribus, & afflictionibus, defectibus & periculis.

CAnonicus sicut honestum habet nomen: sic saluberrimū in ecclesia ministerium gerit· Dictus est enī a Canone uel regula: quæ cuncta ordinat & dirigit· Canonici itaq̧ regulati & disciplinati dicunt᷑· quippe q̄ sua electione, regulatiōe ac dispositiōe ep̄os eligit᷑: qui est uertex & norma cuiuslibʒ ecclesiæ· qui & sc̄dm sacros canones, cunctorum est p̄ordinator· Nec ab re sancti patres, canonicos cōsiliarios ep̄i fore decreuerūt· quare in corpore Reip· cordi recte comparant᷑· Nam ueluti a corde in corpore natali est uita & regimē: sic a canonicis ep̄m eligētibus & ei cōsulentibus, & oīm pene in ecclesia agendorum: regimē & directio p̄cedit· Quæ res agit ut n̄ parua sit canonicorum honoris & tytuli p̄rogatiua· qui p̄mum in ecclesia gradum eligunt simul & dirigunt· quare huiusmōi status & uitæ forma nō mō honoris: sed & emolumēti in dei ecclesia plurimū habet· Demum hic uiuendi modus tranq̄llus atq̧ securus admodū est: nullā curæ aīarum sarcinā hn̄s· quo fit: ut minor doctrinæ atq̧ ætatis idoneitas eis sufficere uideat᷑· Adde quia libertatis obtinet satis· nec ad sacros artat᷑ ordines· quippe q̄bus ad seculum redire & sub sancto uiuere m̄rimonio libet· ¶Verum huius uitæ miserias, cruciatus & defectus· calamitates & pericula tuipse audi: qui tā libent᷑ huius status dulcia auscultasti· Imp̄mis itaq̧ canonicus: qui (ut ais) nomē a regula traxit: an sub regula uiuat oro cōsydera· atq̧ hic repete q̄ sup̄ de ep̄is & c̄tis clericis in cōmuni diximus: duodecio huius libri cap̄to· Demū: quo pacto canonicus a regula dicat᷑ ignoro: qui canonice, & sub regula nō uiuit· qui (ut c̄ta taceā)

114

cōtra regulas canonum: plures p̄bendas obtinet. & unus ipse plurimorum forsan meliorum loca occupat. quippe cum nō satis est ut unus seruiat: dānabilit̄ multorum seruitia intercipit. Demū q̄nto liberiores sūt canonici: tāto licētius in plurima debacant̄ uitia. Nec una, uni sufficit muliercula: nisi retentā in domo habeat ut uxorem. cōcubinas uero & adolescētulas quarum n̄ est numerus. Sed & quō sub regula uiuāt non uideo qui episcopis nō obediūt: sed resistunt. sæpeq; in eos cōspirāt. armaq; mouēt atq; ne iuste ab ecclesię p̄ncipibus puniātur: iniuste se p̄ncipibus sæculi federant̄: sed & famulantur. Et (ut paucis agā) in tribus locis canonici uersat̄ officiū: in altari, in choro uidelicet & in capitulo. In altari inq̄ reuerentia exq̄rit̄. In choro honestas & diuinorum deuota decātatio. In capto morum correctio, ac agendorum unitas & utilitas. Pro his, canonici in altari irreuerētiā uēdicāt. in choro, dissolutionē. in capto lites. ¶ Ad altare inq̄ irreuerent̄ accedunt. qui (ut ait Hubo) licet ablutis manibus, lota facie, albis uestibus appropinquēt: tamē peruerso ope, polluto ore, immūdo corde christi corpus: sacra uasa pertingere n̄ erubescūt. Deniq; ad altare accedit elatus ad humilem. iratus ad mitem. crudelis ad clementē. Accedit seruus ad dn̄m: nō caritatis supernæ amore: sed pdendi corporal stipendii timore. nō deuotiōe: sed coactiōe. Accedit rursus t̄batus ab aliquo: aut alios t̄bans. accedit inq̄ canonicus ad altare uanus curiosus, uoluptati subditus. accedit ad mensā christi: nō nisi aliq̄d tēporalit̄ acceptus. Sed uerum est quia accessit ad Iesum Petrus: t̄n accessit & iudas. Sed quo pacto deuote accedēt: qui legem dn̄i nec sciūt nec discunt? Vacāt enī ocio & cōmessatiōibus. nō libris. nō cōtemplatiōi. nō utili actioni studēt. terrenis inhiāt. tēporalia sapiūt. assidui in plateis. in ecclesia rari. tardi ad p̄dicandum. parati ad leporis uestigia inuestigandū. ueloiores ad cōgregādos canes: q̄ ad alen-

dos pauperes·plures illis ad mensã seruiũt: ad missã nullus Cifus eorꝝ calice preciosior·equus missali carior· cappa eorꝝ casula pulchrior·camisia delicatior alba· Nõ igit̃ eorꝝ sacrificiis deus placat̃: sed indignat̃·quia scriptũ est·oratio iusti impinguat altare· depcatio impii nõ liberabit eũ·Et iterꝝ spreuit dñs altare suũ ꝑpt iniqtatẽ ministrantiũ· Rursus qualit̃ in choro uersent̃ discutiendũ est·ubi tãto deteriores inhonestioresq; canonici degũt: q̃nto honestiores esse deberent· ubi mente uagi, attoniti oculis, habituq; dissoluti: ꝓspiciunt per cãcellos nõ pauperculas: sed mulierculas·aliud cantãt·aliud cogitãt·In choro sũt corpore: in foro sũt mente·mane in theatro: sero in ecclesia·ubiq; nũc intus, nũc foris exeũt ingeti·psalmorꝝ ũba ñ ꝓnuntiãt: qbus cãtare pudori existimãt·q; si ũba aliqñ proferũt: eorꝝ sensum nõ attẽdunt·nescientes illud Greg: qui uox psalmodię: cum ex cordis deuotiõe agit̃, deo per intentionẽ mẽtis cõiungit̃· Alii cantãt·sed nõ q; libri habeãt: sed cantãt ut placeãt populo magis q̃ deo·tãta qbusdam leuitas est uocis: q̃nta & mentis frangit uocẽ qui nõ frangit uoluntatẽ·seruiat cõsonantiã uocum nõ morꝝ·Quibus ait Greg: quid ꝓdest dulcedo uocis: si adest asperitas mentis: Tandẽ cantãt ñ cum Dauid iuxta arcã dñi: sed in palatio cũ herodiade: ut placeat discumbentibus·Merito igit̃ chorus eorꝝ nõ exultatiõis: sed deplorationis effectus est·ut dicere cogant̃ cũ Hieremia: uersus est (inquit) in luctum chorus nr̃·Sed qd hæc: Vereor ne uerꝝ sit: canonicos nr̃i tẽporis fructus nõ facere suos·cum plurimi chorꝝ ñ essent ingressuri: nisi aliqd extorq̃rent·Alii unicæ interessẽtes horę: totius diei emolumẽta rapiũt·Alii sterilibus officiis sterile exhibent obsequm·pinguiora uero officia frequentãt·Alii falso infirmant̃: ut distributiões pcipiant: & in domibus dilitescãt·Alii (ut ita dixerim) infortunata hora qua intersũt ñ diuinorꝝ decãtatiõi: sed sæculariũ

115

negociationi. nec diuinis officiis: sed humanis commerciis. nec orationi: sed uanæ cōfabulationi uacāt. ¶ Deniq ad capitulum cananici accedunt: sed ut litigent. ut ꝓhdolor ubi litigia sopiri deberent: ibi nascant. ibi culpa augeatur: ubi deleri debuit. ibi discordias gignunt: partes constituunt. Et (ut paucis agam) quotiēs canonicus capitulum ingredit: totiens domū periurus redit. Preceeni aut precio, odio, fauore, aut timore longe aliud consulit: q̄ aut cōscientiæ aut ecclesiæ utilitas exposcunt. ibi non modesta discussio: sed clamorosa cōfusio. fitq captm officina discordiæ: cū esse debuit mater cōcordiæ. Cōgregant nō ut se corrigāt: sed detrahāt. nec fit de aīabus sermo: sed ipsi loquunt de extrinsecis. ducunt ad captm oues & boues. Et ibi: (ut paucis cōcludā) nec Maria locum habet, nec Martha compescitur: quia nec bona actio uentilat. nec Mariæ silentiū custodit. Taceo de electione epoꝝ. in q̄ caro & sanguis ac māmona iniqtatis longe plus possunt: q̄ ordo iustitiæ & unitatis. Cum ēo captm canonicos creat aut cęta cōfert beneficia: nō ad merita: sed ad uolita dirigūt uota sua. nec ad lōgioꝛa obsequia: sed ꝓpinqora trahūt cōmertia. Veluti unus ex sanctis ecclesiæ doctoribus nō tā elegant, q̄ facete: in ecclesia argētina accidisse refert. In ea enī cū de ꝯferendis certis in ea ecclesia uacātibus ꝓbendis canonici discordarēt: altero nepotē pueꝝ: altero filiū: altero ignobilē fratrē noīantibus: qdam romanus inibi canonicus, asellum qui plusq̄. xx. ānis ei seruierat: noīauit. asserēs in ꝯsciētia: quia ꝓpt diutna seruitia quę asinus eclesię fecerat: dignior cunctis noīatis erat. Quis igit ea oīa recolens: iocundus, tranqllus, aut securus esse pōt? Et (ut inquit Bern.) quis in tātis pericul ꝯstitutus: ac tātis bonis destitutus: nō intra urget. nō uiit. n̄ cruciat? Qui igit habet aures audiēdi audiat. & inter tot miserias, laqos & pericla sit cautus. uiuatq sub regula: qui a regla nomen accepit. Non. n.

timebit æterna supplicia: si studebit uitare seculi uitia;

Ca. xx: de preminentia, necessitate & utilitate officii Sacerdotũ curatorum: rectorum curã aĩarum hñtium. Demũ de ptimis huius status laboribus. & calamitatibus, defectibus & picul

RECtoris, curatiq; sacerdotis: eximia est dignitas atq; pernecessariũ: saluberrimũq; misteriũ. Habet enim imprimis illũ familiarissimũ atq; salutiferum ad ueri corporis christi accessum assiduũ: in quo est redemptio, uita, & salus nostra. Deinde q̃nti honoris & emolimẽti tẽporalis hoc ecclesiæ officiũ existat: beatus aug. patent insinuat. Nã illud apli exponens: psbyteri qui bñ psunt duplici honore digni habent: sic ait: presbyteri qui bene psunt uita & doctrina: digni certe habent a subditis duplici honore: scilicet ut spũaliter eis obediãt: & exteriora bona ministrent. Nec solũ honore sublimi pmiari debent: sed & terreno. ut nõ cõtristent indigẽtia sumptuũ tẽporaliũ: & gaudeãt obediẽtia spũalium. Demũ ex eo rectoris & curati dignitas honor & utilitas cõprehendit: qm̃ (ut inquit Greg. nazazenus) spirituale est eius officiũ: meditatorẽ esse ppli apud deũ. Vnde rabanus: nõ q̃liscunq; dignitas sacerdotũ est. Huic enĩ sorte datum est: ut meditator sit inter deũ & hominẽ: ut per eos genus humanũ creatori recõciliet. Adde: hic p pplo orat. hic sordes eius abluit. hic uice christi peccata condonat. hic claues regni cælorum pœnitentibus aperit. hic baptismũ quo christi noĩe censem̃ & ei cõiungim̃, cętaq; ministrat salubertima sacramẽta. ut merito de illo dici posset quod scriptũ est quia ipse cõmedit peccata pplorum. Supest ut huis officii calamitates, afflictiones, defectus & picula succincte narremus. quorum plurima in. xii. huius secũdi libri capto disseruimus. cum in cõmuni clericorum oĩm miserias, onera & labores

116

tetigimus. sed & illis nõnulla addenda sunt. quæ inesse cæ-
teris ecclesiasticis officiis diximus: ps̃ertim cum de canonicis
egimus. Parua tñ ex multis singularius eis cõgruentia affere
mus. ut unusquisq; nisi mente obcęcatus existat: facile huius
uitæ formulæ, calamitates, & pericula cõspiciet. Fateor igit̃
sũma est dignitas. sũmus honor, curã aĩaꝝ habere. quod ex
eo facile cõspicit̃: qm̃ sũma est honoris p̃rogatiua corporꝝ, re
rumq;: qbus nõ parꝝ animæ p̃stant, regimen gerere. Sed oro
cõsyderet rector q̃lis ipse debeat esse: qui cætos regendos
ĩmo corrigẽdos suscipit. qđ tãto ẽ piculosius: q̃nto pauci sese
corrigãt. Attẽdat curatus uires suas q aĩaꝝ sarcinã sp hume
ros portat. Nõ enĩ (teste Chrysost.) dignitas, nõ officiũ fa
cit sacerdotẽ: sed sacerdos officiũ. nec locus sanctificat hoẽm:
sed homo locũ. Ideo subdit: quia malus sacerdos aut rector
de suo ministerio crimẽ acqrit: nõ dignitatẽ. Qui enĩ alios
purgãdi curã suscipit: aliis sanctior purgatiorq; esse debet.
Vñ idem Chrysost: magna est cõfusio, magnũ piculum sacer
dotum: qñ laici inueniunt̃ fideliores eis, atq; iustiores. Quõ
autẽ nõ erit cõfusio: illos esse inferiores subditis: quos etiã
æquales esse cõfusio est? Sed int̃ cæta in eo sacerdotũ curato
rum ĩminens piculum uersat̃. quia nõ mõ sua: sed ut ait Isi
dorus: pp̃loꝝ iniqtate dãnant̃: si eos aut ignorãtes nõ eru-
diunt: aut peccãtes nõ corrigũt. Quod & beatus Greg. testa
tur. Ait enĩ quia sacerdos causa est ruinæ pp̃li. Quis enim
se pro pp̃li peccatis intercessor obiiciet: si sacerdotes (q eam
curam habẽt) grauiora cõmittant? Quare merito grauissimo
supplicio sunt destinati. Sunt enĩ (eodẽ teste Greg.) ueluti
aquæ sacri baptismatis. quę peccata baptisatorꝝ diluẽs: illos
ad regnũ cæloꝝ mittit: & ipsa in cloacã descendit. Qui enĩ
alioꝝ delicta in se suscipiũt: non tam suã q̃ alioꝝ uitã in-
spicere debent. quia quoꝝ sudoribus uiuũt: quoꝝ sanguine
laute pascunt̃: dignũ est ut eoꝝ culpis plectant̃. Hinc idem

Gregorius: qui de oblationibus fidelium uiuunt, quas illi ꝑ peccatis suis obtulerũt: si comedunt & tacẽt: eoꝝ ꝓculdubio peccata mãducant. Quare nõ tã rectoꝝ dignitas extollenda est: q̃ illoꝝ periculũ deplorandũ. Quod Bern. sũmis eiulatibus lacrimatᷓ ingens: egressa est iniqtas a Sacerdotibus tuis dñe: qui uidentᷓ regere pp̃lm tuũ. Nõ est iam differẽtia. ut pp̃ls: sic & sacerdos. Heu heu dñe deus: quia ipsi sunt in ꝑsecutione tua ꝑmi: qui uidentᷓ in ecclesia tua pp̃lm regere. Quis enĩ aĩaꝝ rector intus nõ affligetᷓ: cum sciat curam subditoꝝ suo ꝑiculo suscepisse: De quo scribit Sapiẽs: defixisti extraneũ manũ tuam, illaq̃tus ex uerbis oris tui. Quis est curatus aut rector, q infirmatᷓ cũ infirmo subdito: Quis cum scãdalisato uritᷓ: Quis cupit fieri ꝓ fratre anathema & subdito: Quis ponit aĩam suã ꝓ subditis: Quis curatus est Samaritanus: qui ligat uulnera Subditi: Quis facit secum misericordiã: Quis ducit eũ in stabulũ ecclesiã dei: Quis reddit quæ ultra ei necessaria sũt: qui utinã uitæ necessaria ñ auferret: Quis curatus hodie est alter Ioseph, qui frumẽta in egipto diuidat. cum sint ꝓmptuaria eoꝝ plena: Quis liberet pauperẽ a potente. & inopem cui nõ est adiutor: Quis rector est hodie mœrentium ꝯsolator: Quis (ut alter Iob) de uelleribus ouiũ suaꝝ immo ecclesiæ: calefacit pauperes: Quis uiatoribus hostia aperit: Quis curatoꝝ dicere potuit cum moyse: tu scis bñ quia nec asellũ, nec qd aliud acceperim ab eis: nec quemq̃ afflixerim: Quis cũ Samuele audaci aĩo dicet subditis: loqmini corã dño & corã christo eius. utꝝ bouem cuiusq̃ tulerim aut asinũ: si quẽpiam calumniatus sum: si oppressi aliquẽ: si de manu cuiusq̃ munus accepi: illudq; restituã uobis: Quis cum Ambrosio uasa sua cõflat: & dat captiuis & pauperibus: Quis cũ Paulino, Nolano episcopo (ut inquit Greg.) ꝑ redimẽdo filio parrochianæ uiduæ: mitrã, baculũ, & indumenta pontificalia uendit:

117

Sed certe iam mutatus est color optimus· & dispersi sūt la-
pides sanctuarii·qui merito sūt ecclesiarꝫ rectores/qui dis-
persi sūt·nō solū in plateis/sed in capite platearꝫ·quia pu
blice honorari uolūt de imagine sanctitatis/in qbus nō est
uirtutis existētia nec ueritatis·Sunt enī fermēto pharisaeorꝫ
(quod est hypocrisis)saginati/qui mœsto uultu cum fletu ad
altaria dn̄i uirtutū accedūt·in qbus spūssanctus nō habitat
qui(ut inquit scripta)effugiet fictum/merito repellit eum
dn̄s & munera eius/quia nō uero corde accedūt·Quos pul-
chre malachias signat/operiebatis(inquit)lacrimis altare
dn̄i/& fletu,& mugitu gemebatis/ut uos ppl's sacrificaret·
Et(ut paucis multa ptingam)solū eis curati & rectoris no
men relictū est/cura ipsa atq; regimē periit·Deficit eis pie
tas·mansit anctoritas·qui galli erant/castrati effecti sunt·
canes nō ualentes latrare·rectores plebiū uaccę samarię sūt·
& ditati non mugiunt· nec uia regia gradiunt·Hi(ut dicit
Bern·)nō tā facile optarēt honores/si curæ cōsyderarent la
bores·Nec mō ea quæ diximus pericula,rectores & sacerdo
tes comitant/sed alia ɔtra ordinis & officii sui naturam dam
nabilit āplectunt·Sunt enī inuidi & inobediētes superio-
ribus/qbus inuidēt & detrahūt·Rursus nouū curati facinus
cōmittunt·Non enī cōtentant cæteris rectoribus uiuos/sed
mortuos subtrahere parrochianos·pcurant enī sibi in testa-
mentis aliqd relinq·Taceo q sacramentū pœnitētiæ mini-
strantes/in ipsū sacramentū cōmittūt·Imponūt enī pœnitē-
tibus missas/quas ipsi pecunia se celebraturos pollicent·pœ-
nitētias nō discretas imponūt·nulli sūt illis casus reserua-
ti·certatim omīs de oībus absoluūt·missas,& cæta eis incū-
bentia p defunctis onera/nō psoluunt·celebrāt nō recōcili
ati·uocati cōfessiones non audiunt·plerunq; sine sacramentis
subditi eorꝫ negligentia moriunt·admittūt excōmunicatos
ad diuīa·nō p̄dicant pplo/sed a pplo p̄dicant·Quo·n·pacto

predicabunt: qui litteris operã non dederunt? Aut quomõ alios docebit: quem nullus docuit? Sed uerum est illud cæle-stini in q̃dam epła quod ante Hierony. dixerat: quia abiie ctissimæ artes addiscunt̃: solũ sacerdotiũ uilius est: quod añ sumit̃, q̃ addiscit̃. auidius q̄rit̃, q̃ cognoscit̃. facilius tribui tur, cum tñ difficilius impleat̃. Deniq rectores aĩarum facti sũt corporum suorum crassatores. Impinguati enĩ, dilatati, & in crassati. buccas rubentes hñtes, diuersis epulis saginati: facile (ut inquit Hierony.) spumãt in libidines. Sed quid tã pfunctorie loquim̃ de uinolentia, de crapula, ac cæteris gulæ irritamẽtis sacerdotũ, & aliorum qui ecclesiastico nomĩe cẽ sent? Qui aiunt comedamus & bibamus & moriam̃. qui ui-uunt ut comedãt. quorum deus uent̃ est: quia uentri uacant. & ad uentrẽ (ut ad eorum summã fœlicitatẽ & finẽ) cuncta ordinant. nec eis satis est uti cibis qui in ea qua degunt patria nascunt̃: sed deũ & naťam emendant. Nam ultra matinis & forensibus uinis, ac cum magnis impensis adductis ferculis, saginant̃. quibus nõ una sufficit puintia. diuersitate uinorum lætant̃. nõ cõsyderãtes. quia unius uini potus patriarcham Noe per sex centos ãnos sobriũ: temulentũ fecit. Et ut hie ronymus ait. Loth per ebrietatẽ insciens: libidini misciuit incestum. & quod dictu mirabile est: quẽ Sodoma nõ uicit: uina uicerũt. ¶ Sacerdotibus enĩ lex phibet uini usum: sed & cæteris qui p̄sunt: ne obliuiscant̃ iudiciorum dei. modernis uero sacerdotibus & ecclesię ministris lõge magis mera abhorrẽda forent: q̄bus dignitas honorabilior est: & operatio sanctior. qui uinolẽtia, ac ipsa exq̄sita epularum auiditas: ministeriũ uilificãt. psonas dehonestãt. cõuersationẽ depant. & postremo cæteris lasciuiẽdi cãm p̄bent. Teste enĩ Greg. cũ maiores uoluptati deseruiũt: nimirum mĩoribus lasciuię fre na laxant̃. Taceo cõmemorari dilectã ab eis Philargiã: id est amorẽ pecunię. Plurimi certe eorum aurum sitiũt. aurum bibũt

118.

at cōseruent carni & sanguini. Rectores moderni nō pastores: sed raptores: ouiumq; tonsores: nō ad uiridia pascua ductores. nō piscatores: sed negociatores. nō dispēsatores bonorum crucifixi: sed uoratores. sic sua falso quærūt: ut quæ uera sua sūt perdat. ꝑ pecuniis celebrāt. corpus christi uendūt cum Iuda. de māmona iniqtatis sacramēta ministrāt. Vereor satis an rem sacramēti ꝯferāt. sacra emunt. sacra uendūt: sed gratiā nō infundūt, quā n̄ habent. aiunt nihil accipimus gratis. nil damus gratis: dicentes quod cōparauimus uendimus. quia mercatores parati sūt uēdere: quæ carius ipsi emerunt. sed his lucꝝ est in bursa. damnū in ꝯscientia. nulla in eis grauitas. & ut ait canon: nihil in eis defēdit industria. Sed audi ꝙ acerbe eos cōminat̃ ecclesia quā offendunt. Ipsa enī clamās ad sponsū ait: duplici cōtritione cōtere eos dn̄e deus noster. quia tāta rapacitas, tāta ꝓteruitas, tāta segnities, duplici eos pœna conterit, anima & corpore: dum hic egere: & in labore inutili uiuere: & bonis suis gaudere nō sinit. tandē gehennā usq; perducit. Qui ergo aures habet audiendi audiat. & inter tot pericula positus: uiam quærat securitatis. qui tā ꝓpinquus est discrimini tēpestatis. narrata pericula nō pauebit: si curā subditorꝝ digne tenebit. Paucula certe de cunctis ecclesiastici status dignitatibus, officiis & ordinibus enarrauimus: dulcia parit̃ & amara tangētes. Quare iam faciemus finē. quia finis nō esset: si quis conaretur plene narrare cunctas miserias & labores aculeos, & pericula huius status, uidelicet pontificalis & sacerdotalis.

Veruntn̄ ne quis ista legens ex tāta multitudine laborꝝ & ꝑnitate ꝑiculorꝝ statū ecclesiasticū perfectū & dignū, aut reprobet aut damnet: intelligat sane predicta uera esse de illis ep̄is & clericis: qui male, negligent̃, & ꝑfunctorie curā pastoralē gerūt: ꝗbus predicta & maiora ꝑicula parata sūt Si tn̄ digne admīstrāt: eo maiora g̃tæ p̄mia hn̄t destinata.

Et hoc est quod paucis uerbis dicit Aug: quia nihil periculosius, aut dānabilius in hoc sęculo epī & p̄sbyteri officio: si pfunctorie agat̄. sicut nec beatius & deo acceptius: q̄ si eo mō militet̄: quo imperator nr̄ iubet. Itaq; nō est periculum in statu: sed abutētibus statu. nec est reprobatio in dignitate: sed in desp̄antibus dignitatē. in qua nimir͡ꝝ si sit multitudo laborꝝ: ubi est exellentia honorꝝ & premiorꝝ;

Ca. xxi. De Secundo statu spirituali uidelicet religiosorꝝ. & de motiuis & autoritatibus ad pbandū statū ecclesiastici ordinis simplicit̄ p̄ferendum esse statui religionis. & per cōsequens ecclesiasticū ordinē p̄eligendū;

SVperest agere de Secundo Statu Spirituali uidelicet Religiosorꝝ. & p̄mo adducunt̄ rōnes & motiua ad pbandum statum ecclesiasticū simplicit̄ p̄ferendū esse statui religionis. & per ꝯsequēs uidet̄, ꝙ epī & ministri ecclesiæ in dignitate & perfectiōe status sint religiosis præferendi. Primo enī illud apte pbare uidet̄ Hierony. Nam & ad Rusticū monachū sic inquit: uiue in monasterio: ut clericus esse merearis. Et iterꝝ alius sapiens: uix bonus monachus mediocrē clericū facit. Et iterꝝ ad heliodorꝝ: alia est cā clerici: alia monachi. Clerici oues pascūt: ego pascor. illi de altari uiuūt: ego ut securis q̄si ad radicem arboris infructuosæ ponit̄, si munus ad altare nō offero. Et iterꝝ: mihi ante p̄sbyterꝝ sedere nō licet. Illi: si peccauero licet me tradere sathanæ. Vides ergo dignitatē: & exellentiā clericorꝝ sup monasticā uitā. Deniq; quis dubitat bonū publicū p̄ferendū esse priuato. Constat autē clericorꝝ & prælatorꝝ uitā magis pp̄lo fructuosā fore q̄ religiosorꝝ. Vt enī dicit Greg: nullū deo magis acceptabile est sacrificium: q̄ zelus aīarꝝ. Clerici ergo cum magis fructificent. merito ergo eorꝝ status mona-

119

sticæ uitæ præferendus est: qui ꝓprie duntaxat saluti intē
dit. Demum nemo hesitat, quin helias longe ꝑfectior fuerit
quocunqȝ monastico uiro. quod ex eo maxime constat: quia
christus Iohannē (quo int̄ natos mulieꝝ alius nō fuit maior
in ꝑfectione) inducit. Dicens in euangelio Lucę: ipse p̄ibit
ante illū in spū & uirtute heliæ. Et iteꝝ in matheo dicit
Si uultis scire: ipse est helias. Super quo uerbo Chrysosto.
pulchre ad ꝓpositū loquēs: si talem aliq̄n mihi adducas mo
nachum: qualis (ut exaggeratione dicā) helias fuit. nō tamē
illi comparādus est: qui traditus pp̄lis & multoꝝ peccata
ferre compulsus: immobil̄ ꝑseuerauerit & fortis. Hi aūt sūt
ecclesiastici & prælati: qui popl̄oꝝ saluti continuo student.
Sed nec illud obmittēdū est: q̄m cui āplius committit̄: ille
magis meret̄, si bn̄ ministrat: q̄ ille cui minus cōmissū est.
Constat tn̄ ꝙ uiris ecclesiasticis & pręlatis āplius est cōmis
sum: q̄ monasticis uiris. Accedit: q̄m perfectio seu sublimi-
tas alicuius status nō acq̄rit̄ sine caritate: iuxta illud: si ha
buero omnē scientiā & fidem, ita ut mōtes transferā: carita-
tem aūt nō habeā: nihil sum. Constat tn̄ caritatē ꝓximoꝝ
magis inesse clericoꝝ statui: ꝓpt aīaꝝ curā quā hn̄t. Prætea
si meritū utriusqȝ status cōsyderare libet: illud uerissimū est
q̄m meritū hōis cōsistit in liberādo innocētes de manibus
fortioꝝ & tyrānoꝝ. in quoꝝ persona dicebat Iob: contere-
bam malos ab iniquo, & de dentibus illius auferebā prędā
Quod magis fit per statū clericoꝝ & prelatoꝝ: q̄ monacho
rum. Vnde Hierony. ad Paulinum ait: ꝙ sancta simplicitas
solū sibi ꝓdest. & q̄nto plus ædidificat ecclam dei ex uitæ
merito: tāto plus nocet si cōtradicētibus nō resistit. Demum
magnitudo meriti cōsistit in magnitudine conatus, ad uincē
dum magnam ꝓmptitudinē & incitamentū ad peccatū. quia
inquit ecclesiasticus, ꝑfectus & beatus est: qui potuit trans-
gredi: & nō est transgressus. facere mala: & non fecit. Talis

ergo magnitudo conatus potius est in statu ecclesiasticorum q̄ religiosorum. ¶ Possent in hac re plurima adduci. sed bre-
uitatis gratia p̄dictis rōnibus cōtentor: qbus qdam ꝓbare
uident̄ ep̄os, & ceteros ministros ecclesię: in status & digni
tatis eminētia, & pfectione p̄ferendos esse religiosis. & per
cōseqn̄s ecclesiasticū statū esse præeligendū. Veruntn̄ quid
tenendum sit: in sequentibus capitulis explicabitur.

¶ Ca. xxii. ¶ De p̄ma Camparatione horum duorum Statuum:
uidelicet qualiter hi duo status clericorum & monachorum
se habent, alter ad alterum comparatus. & quis eorum sit
simpliciter eligibilior, quātum ad eminentiam & perfe-
ctionem status: ac etiam uitæ & sanctitatis.

Onsyderādum rursus occurrit atq; discutiendum: q̄-
liter hi duo status seu uiuendi modi, ecclesiastico-
rum uidelicet & religiosorum: inuicē se hn̄t, alter ad
alterum comparatus: respectu eminentioris uitæ & pfectioris
status. In quo articulo licz ptima dici possent: breuissime tn̄
& sub quodā epilogo dicendū est scd̄m sanctorum doctorum sen
tentias, illud esse uerissimū: uidelicz ep̄os nō solum cæteros
om̄s ordines & ministros ecclesiæ militantis: sed & cunctos
religiosos. & regulares uiros pfectiori mō rep̄sentare aptos
& ideo sup om̄s eminentiores & in pfectiori statu fore. Nā
manifestū est, q̄ ep̄i succedūt aptis in regimīe ecclesiæ. Vn̄
Paulus ad eos ait: attēdite uobis & uniuerso gregi: in quo
spiritussanctus posuit uos ep̄os regere ecclesiā dei: quā acq̄
siuit sanguine suo. Pro qua re apertius declarāda, p̄supponē
dum duximus: q̄ quattuor p̄ncipalit̄ & singularit̄ fuerūt col
lata aptis a christo, & ep̄is eorum successoribus: quę magnā in
eis exellentiā, & status pfectionem designāt. & in qbus ep̄i
apostol succedunt: & eos præ cæteris imitant̄. Primo: uirga

120

potestatiua in susceptione temporalium stipendiorum. Vnde in matheo legimus: præcepit eis ne quid tollerent in uia: nisi uirgã: ut nomine uirgæ potestatẽ a christo receptã: de recipiẽdo tẽporalia stipẽdia intelligamus scdm augustinũ. Secundo: claues in iurisdictione administratiõis sacramẽtorum. Vñ ait christus Petro: tibi dabo claues regni cælorum. Tertio: data est insufflatio Spiritus, in remissionem peccatorum. Vnde apud Iohãnem legimus. insufflauit & dixit: accipite spm̃sanctum. quorum peccata remiseritis & cætera. Super quo uerbo Greg. inquit. licet intueri inq̃ntum culmen glæ perducti sũt apli: ut uice dei q̃busdã peccata relaxent: q̃busdã retineãt. quorum nũc in ecclesia epi locum tenẽt. Quarto: data est dispartitio linguarum in p̃dicatiõe ũbi dei: ut in actibus aptorum legimus: quia apparuerũt aptis dispartitæ linguæ ad p̃dicãdum uerbũ dei. In his ergo quattuor: epi aptos excellentiori mõ reprẽsentãt, q̃ q̃cunq; religiosi. & ideo sunt in perfectiori statu. Adde q̃ntum. p̃pt uotum p̃petuæ curæ ouium suarum: usq; ad animã & sanguinẽ. In qua re p̃fectiori mõ aptos rep̃sentat: q̃ om̃s religiosi. Quod uotũ curæ aiarum in cõsecratiõe sua fecerũt uouẽtes aĩas suas ponere pro ouibus suis. in quo uoto tam excelsæ caritatis om̃s religiosos excedunt. quia teste redemptore: maiorẽ caritatẽ nemo habet: q̃ ut animã suã ponat quis p amicis suis. Summus ẽ gradus p̃fectionis est in epis. quia eorum dignitas p̃fectã caritatẽ iã acq̃sitã req̃rit: nõ acq̃rendã. ¶ Si uero (seclusis epis) p̃sbyteros & cæteros ministros ecclesiæ ad religiosos cõparare uolumus: hoc tripliciter consyderare & intelligere possumus. Primo q̃ntum ad humani conatus uoluntatẽ. Secundo q̃ntum ad operis q̃litatẽ. Tertio q̃ntum ad utriusq; status q̃dditatẽ seu p̃mitatẽ. ¶ Primo mõ p̃ferẽ opus operi uel status statui ex uoluntate operantis. Qui enĩ p̃mptiori uolũtate & cum maiori conatu facit opus ad quod tenetũ: maioris p̃fectionis

& maioris meriti est. Si ergo isto mō opera religiosorum & p̄sbyterorum ad inuicem cōparentur: incertū est, quæ opera sint maioris meriti & maioris pfectionis. quia planū est, q̄ illorum opera maioris meriti & pfectionis sūt: qui cū pmptiori uolūtate, & cū maiori conatu ipsa operantur. Secundo uo mō q̄ntum ad operis q̄litatem: uirginitas p̄ponitur coniugali ut uiduali cōtinentiæ in bono. In malo uero homicidiū p̄ponitur furto. Similiter uita actiua p̄ponitur cōtemplatiuæ: q̄a fructuosior. Cōtemplatiua uo p̄ponitur actiuæ. quia merito maior & pfectior. scdm quem modū cōparando aliq̄ opera particularia quæ faciunt p̄sbyteri: sunt pfectiora aliq̄bus operibus particularibus: q̄ religiosi faciūt. sicut magis est intendere saluti aīarum: q̄ ieiunare, q̄ silentium tenere. Et aliqua opera quæ faciūt religiosi: pfectiora sunt q̄busdā operibus, quæ faciunt p̄sbyteri. Et ita istomō hn̄t se sicut excedens & excessa. ¶ Sed tertio mō comparando opera religiosorum ad opera p̄sbyterorum, in ordine ad p̄mā q̄dditatem & radicem a qua pcediuntur: puta in ordīe ad radicē illā qua religiosi totam eorum uitam deo fouere: & se, & sua in christi obsequium perpetuo tradiderūt: lōge sunt pfectiora quocunq̄ singulari operæ p̄sbyterorum. Et eodem mō in perfectiōe: uita religiosorum ad uitā p̄sbyterorum comparatur: sicut infinitū ad finitum: ut dicit anselmus in libro de similitudinibus. Quis. n. in bono abstinentia sumptiōi cibi p̄ferat: sumere tn̄ cibū cū aliquo p̄pter caritatem: p̄fert abstinētiæ. In malo uero quāuis ad ulteriū p̄feratur furto: furari tn̄ gladium ad occidendū, est grauius q̄ adulteriū. Sic q̄uis p̄sbyteri in aliquo particulari opere pūt p̄ferri religiosis: ex adiūcta tn̄ radice ppetuæ obligatiōis, qua se in christi obseq̄um religiosi tradiderunt simplr̄ in perfectiōis statu p̄ferendi sūt. Et hāc opinionem aliq̄ eximii doctores tenent. Alii uero affirmāt archidiaconos & Curatos & alios inferiores ecclesiæ ministros esse in

exellentiori perfectionis statu. & maxime propter tria: quæ eis specialit̃ coueniũt. Primo propt̃ potestatẽ. Secundo ꝓpt̃ admĩstrationẽ officii. Tertio ꝓpt̃ honoris preconiũ. Potestatem enĩ receperũt a christo in ꝑsona discipuloꝝ: qñ dictũ est eis Lucę. x: ecce dedi uobis potestatẽ calcãdi sup serpentes & scorpiones: & sup omnẽ uirtutẽ inimici: & nihil uobis nocebit. ac si diceret: dedi uobis potestatẽ eiiciẽdi omẽ genus immũdanoꝝ spũum ab obsessis corporibus: ne putaret̃ esse dictum de bestiis: ut Chrysost. exponit. Istud aũt repręsentant ꝓ̃sbyteri in sacramẽtoꝝ administratiõe. Administrationis uero officium receperũt: qñ dictũ est: in quacunq̧ domũ intraueritis: ꝑmum dicite pax huic domui. Quia. n. bonoꝝ oĩm pax mater est, sine qua cętera inania sũt. ideo christus discipulos ꝑmo pacem iussit offerre: tanq̃ bonoꝝ oĩm inicium: quoꝝ ministros eos faciebat: ut chrysost. dicit. Hos aũt repręsentãt ꝓ̃sbyteri in euãgelii ꝓ̃dicatiõe in quo ꝑmo nũtianda est pax. iuxta illud ad rom. x. q̃speciosi pedes euãgelisantiũ pacem: euãgelisantium bona. Istud aũt repręsentãt ꝓ̃sbyteri in plebis curæ susceptiõe. ꝓ qua donec ipsã tenẽt animã: & uitã ꝓꝑam tenent̃ exponere. Sed honoris ꝓ̃coniũ receperũt: qñ reuersi cum gaudio dixert̃ dño. demones etiã subiiciunt̃ nobis in nomĩe tuo. Gaudebãt enĩ ut glo. dicit: q̧ q̃si sublimes effecti: terribiles hoĩbus & demonibus erãt Hoc aũt repręsentãt ꝓ̃sbyteri in subditoꝝ iurisdictione & cohertiõe. a qbus si bñ eis præsunt: duplici honore debent haberi: ut dicit apl̃s. i. thimo. v. ¶ Per hæc igit̃ quæ ꝓxime dicta sunt: cõcludunt aliq doctores, etiã inferiores ministros ecclesiæ, in eminẽtia & in ꝑfectione status: religiosis ꝑ̃ferẽdos esse. uel saltẽ eos foꝛe in perfectiõis statu. Hãc itaq̧ opinionem prędicti doctores roborare uident̃ per rõnes & autoritates superius allegatas: cum de exellentia & perfectione episcopoꝝ & ministroꝝ ecclesiæ actum est. ad quas

qui religiosos inferioribus ecclesiæ ministris præferunt: respondent. prout in uicesimoquarto capitulo uidebitur.

¶Ca. xxiii. ¶De alia comparatione illorum duorum statuum Clericorum & Religiosorum inter se adinuicem. uidelicet quis sit eligibilior tanquam simpliciter humanior & tolerabilior.

POst prædictam comparationem horum duorum statuum uidelicet ecclesiasticorum & religiosorum quantum ad perfectionem status: alia comparatio succedit: quis uidelicet horum statuum clericalis uel regularis eligibilior sit: tanquam simpliciter humanior & tolerabilior. In qua re (ut mihi sane uidetur) quæstio ipsa facti est. Vterque enim uiuendi modus excellentissimus atque sanctissimus est. in quorum quolibet diuersæ uiæ ad salutem reperiri possunt. Nec enim christus sponsus ecclesiæ plene illi prouidisset: nisi secundum diuersas infirmitates, seu uires suorum fidelium: sic diuersos uiuendi modos ad unum tamen dei cultum tendentes instituisset. Hinc ipse ait: in domo patris mei mansiones multæ sunt. Et iterum scribitur: in uia domini alius sic, alius sic ibat: omnes tamen non ad diuersos fines: sed ad unum properantes, & ut deo (diuersis tamen gressibus) famulentur. & si alius currat: alius plane uadens ei non inuideat: cum uterque metam attingat. quæ diuersitas, unitas est: quia ad unum dei cultum diuinitus ordinata. Ea igitur decora diuersitate atque fulgida unitate floret atque splendet dei ecclesia: tam pulchra fidelium suorum unanimi uarietate. Nihilominus tamen inter istos status seu uiuendi modos (ut supra tactum est ex diuersis casibus & respectibus) alter istis: alter illis eligibilior est. Vnde ait Dionysius: nonnulli sunt in uia perficiendorum. & ad perfectionis acquisitionem aliquo indigent: quod aliis non expedit. Nam ad deprimendas passiones: arta uita uidelicet per abstinentiam ac exercitia & uigiliarum expediret. Aliis uero non habentibus illas

122

passiones: non congrueret. qui forte defectus suos alio exer-
citio, uel diuinæ gratiæ auxilio supplere possent. Nam ue-
luti scdm doctrinā apli: in uno corpore multa sūt membra
nō idem officiū hñtia: & quod uni ꝯgruit, alteri plerunqȝ est
nociuū sine offensiōe corporis: sic plerunqȝ una uiuēdi forma:
quæ aliq̄bus est ad salutem: aliis cedit in pernitiem. & ecō
tra. Profecerūt certe sibi & multis in ordine ecclesiastico: cō
plures quos numerare opʼsū foret. adeo ut dicere mihi re-
cte posset aliq̄s tanq̄ de stellī cęli: numera si potes. Sic Ni-
colaus fulsit. sic greg. sūmus ipse pontifex. sic paulinus ep̄us
nolanus licȝ opulētissimus: sed & in regłari & monastica ui-
ta effulsit. Item Basilius. Benedictus. Hierony. Dominicus
atqȝ Franciscus. & plurimi q̄bus domus dñi referta est. Inť
quos nōnulli aut diuino motu sup̄naqȝ inspiratione uocati:
aut uariis ex causis ex altero statu ad alteꝝ exspirarūt. in
quo beati euasere: sine tamē p̄oris status diminutiōe. Hinc
Benedictus. hinc Dñicus & q̄plures studiore feruore deo fa-
mulari cupientes, & sæculi cōsortia fugiētes: ex clericoꝝ or-
dine ad regularē uitā trāsierunt. Hinc rursus Augustinus,
Gregoriusqȝ eadem uocati inspiratiōe & ꝓficiendi fidelibus
uberibus zelo succensi: ex monastica religiōe ad ecclesiasticū
ep̄alis ordinis gradū sancte & meritorie cōmearunt. Vnus
quisqȝ igiť (ꝓut scdm aplm destinauit in corde suo) sic hanc
uel illā uiā eligit: uires suas cōsyderās scdm finem sibi in-
tentum. Est enī uterqȝ status (ut tactū est) nō p̄cepti. sed cō
silii & supererogationis. nec imperať: sed suadeť. Et ueluti
de ꝟginibus apls ait: qui potest capere capiat. & de matri-
monio scdm eundē aplm: plerūqȝ melius est nubere q̄ mori.
Ita in hiis statibus dicendum est. In q̄busdam forte utilius
foret: ut per spirituale matrimoniū ecclesiæ nubant: q̄ ultra
uires inexpertas sub stricta regulari uita retro respiciētes:
uitā deserāt inceptā. Itaqȝ inexpertis, imbecillibus & infir-

mis putamus: ꝙ status ecclesiastici ordinis tanquã humanior & tolerabilior est preeligẽdus: nisi altiori inspiratiõe quis desup ad aliã uitã uocatus: aut spũali & corporali adiumẽto roboratus fuerit. Accedit ad hoc: quia eligere actus est uoluntatis & uirtutis. uirtus ergo ipsa ↄsyderãda est (iuxta phm̃) scdm electionem medii quod in recta rõne ↄsistit. Ecclesiasticus itaqȝ status attẽta humana fragilitate & ꝓmptitudine peccãdi: q̃ndam uiã mediã & rõnabilem uiuendi hr̃e uidet̃. Habet enĩ religiositatis satis. habet & aliqd humanitatis seu laxitatis. Quod: si forte dicat̃ religionis uitam etiã eodẽ respectu simplr̃ foꝛe eligendã: ꝓeo ꝙ habȝ tolerãtias & moderatiões suas ad iudiciũ prelatoꝝ: nec ultra precipit̃: q̃ rationabilit̃ supportari possit: & quod dato ꝙ quis in religione cadat: habet resurgendi remedia ꝑpr intentionem ad deũ erectã: habet deniqȝ fratres a qbus iuuari põt. Fateor illud uerꝝ fore: tñ illud idem quod eisdem religiosis ex permissiõe fit: seu indulgẽtia clericis: fit ex iure communi. Quod enĩ tolerat̃ aut indulget̃: cõstat legi derogare atqȝ aliqñ ꝓhibitũ esse. & si aliqñ sine cã indulgeat̃: cõsciẽtia urget̃ & intus bellum nascit̃: ubi qetari sperat̃. maxime ꝓpter instituta & artissimas cuiuscȝ religionis ↄstitutiones, qbus se artari uouerunt: & ad multa alia quoꝝ transgressio aut contemptus mortale plerunqȝ inducit peccatũ: quae oĩa nõ ita acriter clericis cõtingũt. Demum eaipsa remedia: quae religiosis competũt ex tolerãtia uel fratꝝ presidio: etiã clericis communia esse pñt. ¶ Circa Secundũ uero quis status seu uiuendi modus predictorum praeeligendus sit tanq̃ sanctior & perfectior: dictum est in praecedenti capitulo;

¶ Ca. xxiiii: ¶ Assignant̃ rñsiones ad obiecta cõtra religiosos pro tuenda opinione illoꝝ: qui sentiunt religiosos esse in perfectiori statu: q̃ sint Decani, Archidiaconi, &

alii inferiores clerici post epm. ubi discutit: quae sit perfectior uita: actiua, uel contemplatiua. & de earum adinuicem comparatione. & de aliis hanc materiā tangentibus;

Libet igitur pro tuenda illa opinione quae habet inferiores ministros ecclesiae, post epos nō aequari religiosis quo ad statum perfectionis rndere ad nōnulla obiecta superius adducta: quae pbare uidentur archidiaconos, curatos, & predictos inferiores ministros ad religiosos comparatos pfectiorem, aut saltem aeqlem statum in ecclesia obtinere. Et quanq per ea quae dicta sūt, satis rōnes ipse solutae uideantur: particularius tamē ad singulas, singulae fient satisfactiones. Primo igitur dicebatur: quia monachis licitū est trāsire ad statū psbyterorum: tanq ad perfeictorē. quia ut inqt Hierony. & trāssumptiue in canone. xxiii. q. i. dicitur. sic uiue in monasterio: ut clericus esse merearis. Rndetur enī q mona chus tanq monachus: nō habet officiū clerici exercere. uerun tn inqntum litterati & docti sūt: licite possūt pmoueri ad psbyteratū, & curā monachalē aliorum habere. perfectionem tn status nō habet ex illo transitu: sed ex perpetua obligatione uoti. Et ita licet fiat psbyter: non dimittit pfectionē monachalē. ideo subditur in prefato decreto: multo tempore disce: quae postmodū doceas: & inter bonos, semp meliores sectare. Deinde adducebat illud Hierony. ad Eliodorum: ubi dicebat Hierony. mihi scilicet monacho an psbyterum sedere nō licet. illi si peccauero: licet me tradere Sathanae. Ex quo uidetur curā aiarum hntes in pfectiori esse statu qbusuis religiosis cōtemplatiōi uacātibus. aut saltem in statu pfectionis esse. Sed dicendū est omēs ministros ecclesiae esse in pfectiōis statu: mō quo sup dictum est uidelicet ppter officii administrationem. Sed talis pfectio status scdm eos qui hāc opinionē tenent: magis accipitur comparatiue q pprie. Vnde Canones

appellãt statũ clericorꝝ gradũ quendã: ut inferius latius tã-
get. Postea uero dicebatᷣ bonũ publicum pferendũ esse bono
puato. & cum curati gerãt officiũ publicũ: quia curã aĩarꝝ:
quo zelo seu officio scdm Greg. nullũ est deo acceptabilius
& religiosi solum intendãt pprie saluti: uidetᷣ curatos esse
in pfectiori statu. Quibus rñdetᷣ: ꝙ q̃uis absolute intẽdere
bono publico: sit maioris pfectionis q̃ intendere bono pua-
to. hoc est in genere operis pfectio. intẽdere tñ pfecte bono
puato: uel saluti pprie: prefertᷣ illi qui impfecte intendit
bono publico. Zelus enĩ aĩarꝝ sacrificiũ est acceptum deo: si
ordinate fit. qui ordo est: ut quis pmo habeat curã salutis
sue. & postmodũ aliorꝝ. quia ut scribitᷣ mathei. xvi. & tran-
sumptiue in canone. quid pdest homini si uniuersũ mũdum
lucretᷣ: animæ uero suæ detrimentũ patiatᷣ. Deniq respõdent
alio mõ uidelicz: ꝙ ea quæ dicta sũt bene pbant curatos, &
inferiores ministros ecclesiæ si recte agãt: posse esse in pfe-
ctionis opere: sed nõ in pfectionis statu. Quia pdicti mini
stri ecclesiæ nõ suscipiũt plebis aut parrochiæ suæ curã cum
ppetuo obligatiõis uoto. quod ex eo patet: quia eam dese-
rere pñt. aut renuntiãdo. aut per religionis ingressum. soli
ergo epi cũ uoto ppetuo suscipiũt curã aĩarꝝ. & ideo sine li-
centia aplicæ sedis illã deserere nõ pñt. Rursus quod obii-
citᷣ de helia de quo Chrysost. dicit: si talem aliquẽ adducas
mihi monachũ, q̃lis helias fuit. nõ tñ illi comparãdus est:
qui ẽditus est cure pplorꝝ & cetera. Ad qd dicitᷣ: ꝙ Chrys-
ostomus nõ intellexit de simplici p̃sbytero: sed de episcopo
Qz si loquatᷣ de simplici p̃sbytero: nõ intẽdit preferre sta-
tũ p̃sbyteri statui religionis: sed intẽdit ꝙ piculosioꝛ est sta
tus hñtis curã aĩarꝝ: q̃ religiosi in cõtemplatiõe uiuẽtis. &
per cõseqñs seruare se innocentẽ in maiori piculo: iudicium
est maioris uirtutis. Sed q̃uis maioꝛ uirtus requiratᷣ ad hoc
ꝙ aliqs se preseruet immunẽ a peccato intᷣ pplos q̃ in reli-

124

gione: maioris tñ uirtutis est uitare pìcula religionẽ intrã-
do: q̃ nõ uitare picula int̃ pplos uiuendo. Item obiiciebat̃:
quia p̃sbyteris & ministris ecclesiæ magis committit̃ uidelꝫ
cura aïarꝝ: q̃ religiosis. & per conseq̃ns status est maioris p-
fectionis & meriti. Ad quod dicit̃: q᷑ aliq̃ agere uel admi-
nistrare dupliciť contingit. Si enĩ ille cui plus est cõmissum
maiora faciat, aut plus seruiat: indubie plus meret̃: q̃ ille
cui minus committit̃, & minus faciat. Sed si ille cui minus
committit̃ maiora, & pfectiora faciat & plus seruiat: magis
meret̃ q̃ ille cui magis est cõmissũ & minus seruit. In utroq;
igit̃ statu clericorꝝ & religiosorꝝ ista duo reperiri pñt. per
quæ uis argumẽti soluit̃. Ad aliud autem quod dicebat̃ de
merito & perfectiõe quod ↄsistit in cura aïarꝝ: sup̃ rñsum est
in solutiõe ad argumẽtum, quod fiebat de publico & cõmu-
ni bono p̃uato preferendo. ¶ Subseq̃nter ñ obstat quod di-
cebat̃ quia liberare innocẽtes de manu perfidorꝝ maxime p-
fectionis & meriti est. adducẽtes etiã illud Hieronymi: qa
sancta simplicitas solũ sibi ꝓdest: sed tãto plus nocet: si cõ
tradicẽtibus nõ resistit. Dicendũ est q᷑ illa magnitudo meri
ti intelligit̃ ex parte mentis. qñ quis tm̃ ꝓficit in cõtem-
platiõe: ut ꝓpꝫ deũ uelit intendere saluti ꝓximorꝝ. etiã cum
aliquo detrimẽto cõtemplatiõis. Hoc enĩ mõ certum est q᷑
ad maiorem perfectionẽ caritatis pertinet q̃ simpľr uacare
cõtemplatiõi. Et hoc est quod Isidorus in libro de sũmo bo
no ait: bonũ est igit̃ corporaliť remotũ esse a mundo. meli-
us tñ remotũ esse uoluntate. Optimũ aũt & perfecti meriti
est: utroq; esse semotũ. Quod etiã dicebat̃: quia magnitudo
meriti cõsistit in magnitudine conatus ad uincendũ ꝓmpti
tudinem peccãdi. quia beatus est qui potuit trãsgredi & nõ
est trãsgressus. quæ ꝓmptitudo magis inest ministris eccle-
siæ, q̃ in religiosis. Dicendũ est q᷑ magnitudo meriti hoĩs
erga deũ ex tribus põt insurgere. Primo ex parte merentis.

Secundo ex parte principii formalis quo quis meret̃. Ter-
tio ex parte operis meritorii. Si igit̃ magnitudo meriti pẽ-
set̃ ex parte merentis: qñ aliqs cõtemplatiõe dei & in chri-
sti amore tm̃ creuit: ut ad tẽpus cupit detrimentũ pati suæ
fruitionis ꝑpter christi gloriã, ad ꝓcurandã ꝓximoꝝ salu-
tem mõ quo dicebat apts ad Rom. ix. cupiebã ego esse ana-
thema a christo ꝑ fratribus meis. de quo Chrysost. dicit in
libello de laudibus eius: ꝙ sicut ferrũ in ignem missũ non
est aliud q̃ ignis: sic aĩa Pauli diuĩa caritate incensa: ñ erat
aliud q̃ caritas. Talis ergo puto magis meret̃ in uita actĩa
saluti ꝓximoꝝ intẽdens: q̃ in uita cõtemplatiua: cõtempla
tioni uacãs. Vñ Paulus hoc elegit tanq̃ maioris caritatis &
maioris meriti. Electio enĩ nõ est nisi de maiori bono. Vñ
dicit ad Phil. pmo: coartor enĩ ex duobus desyderiũ habens
dissolui & esse cũ christo: quod mihi multo melius est. per-
manere aũt in caritate: necessariũ ꝑpter uos. Et hoc cõfidẽs
scio quia ꝑmanebo oĩbus uobis ad ꝑfectum uestꝝ. Sup quo
uerbo dicit glõ. quod elegit Paulus nõ qđ sibi melius erat:
sed quod multis expediebat ꝑpter caritatẽ quæ supeminet
oĩbus. Si uero cõsyderet̃ pncipium formale quo quis mere-
tur: putant aliq ꝙ maioris meriti est cõtemplatiua uita q̃
actiua. Cum enĩ pncipium formale merendi sit caritas: sicut
magis meritoriũ est diligere deũ scd̃m se: q̃ diligere ꝓxi-
mum. sic maioris meriti est uita cõtemplatiua, quæ directe
de suo genere ordinat̃ ad dilectionẽ dei. scd̃m quẽ modũ in-
telligit̃ illud Greg. vi. moral. ultĩo ca. martæ cura nõ rep-
hendit̃. Mariæ uero contemplatio etiã laudat̃: quia magna
sunt uitæ actiuæ merita: sed cõtemplatiuæ sũt potiora. Ve-
rum si cõsyderat̃ opus meritoꝝ: uident̃ se hr̃e sicut exellen
tia & excessa. quia respectu meriti accidẽtalis: cũ tale meri-
tum det̃ scd̃m genus operis. maioris meriti põt esse actiua
uita potior q̃ ꝯtemplatiua. Et istomõ nedum epĩ: sed p̃sby-

teri & sacerdotes curã animarum habentes: in exellentiore & perfectiore statu sũt: q̃ religiosi. Et de istis loquit̃ august. Valerio: nihil est in hac uita difficilius: piculosius: laboriosius episcopi p̄sbyteri, aut diaconi officio: si pfunctorie agat̃ Sed apud deũ nihil beatius: si eo mõ militet̃ quo nr̃ imperator iubet. Si uero utrunq̃ seu utranq̃ uitã sũmimus respectu meriti essentialis, quod rñdet caritati tanq̃ radici meret̃ di: putant aliq̃ simplicit̃ maioris meriti esse cõtemplatiuã q̃ actiuã. Alii uero famosi & moderni doctores cõparando istas duas uitas adinuicem: distinguunt. quia q̃ntum ad eorum substantiã simpl̃r potior, & per cõseq̃ns p̃ferẽda est cõtemplatio: ut dicit̃ in ca. nisi cum pridem. de renuntiatiõe. Ipsa est enĩ secntior & magis suauis. paucissimis indigẽs, & ꝑpter se eligẽda tanq̃ q̃etissima. quorum cõtraria cõtingũt operibus actiuæ. & scd̃m hũc modũ comparãdi ꝯtemplatiã simpl̃r est melior, & præferenda actiuæ. Si uero comparant̃ q̃ntum ad eorum usum: tũc distinguũt. Nã quia usus respicit operis executionem: executio aũt actionis duo respicit: scilicz ipsos ad quos est scilicz subditos: & ipsũ exeq̃ntem scilicz prælatum. Si ꝑmomõ cõparent̃: sic actiua p̃ferenda est ꝯtemplatiõi. quia pluribus utilis est. & magis fructuosa: ut dicit̃ in dicta decretali: licet illa sit securior & magis suauis. quia in fecũditate sobolis: lippitudo Liæ, Rachaelis pulchritudini est p̃lata: ut dicit Greg. sup̲ Ezechielem exponẽs illud: erat Lia lippa, sed fecunda. Si uero comparent̃ secundo mõ: aut est ad illud dispositus & idoneus. aut nõ. si nõ: tunc melior est sibi usus cõtemplatiuæ. quia sibi põt ibi ꝓficere. sed in actiua: nec sibi nec aliis. Si uero est idoneus: aut accedit uocatus & necessitatus: aut ꝓpa uoluntate. Si secũdo mõ ꝯtemplatio præcellit. quia actiua nõ præcellit: nisi ꝓueniat ex coactiõe & necessitate. si uero coactus: tũc simpl̃r actiua p̃cellit quo ad usum eius. & sic siue cogat̃ ab homine uel ex

caritate: uel ꝓpter necessitatem ꝓximorum & talibus melior est actiua, quam cõtemplatiua. Nam per talem actionẽ augetur caritas. & ad perferendũ aduersa: & cõtemplãdum optima. & sic sua actio est melior aliis: quam sua cõtemplatio. est etiã maioris meriti. Et sic patet quod quo ad usum uitæ præsentis talis actiua est simpliciter melior. & status eius, & etiã opera magis meritoria. Fatemur tñ quod cõtemplatio est realiter præeligẽda. quia plures inueniuntur ad hoc idonei: qui in actione deficerent. Si tamẽ homo esset assecuratus, quod ppts indigeret: & quod bene gereret illã curã: etiã sine periculo peccati posset illam desyderare & se ingerere: & uelle magis hoc fieri per se quam per aliũ. neque hoc esset præsumptuosũ. quia licitũ est appetere maius meritũ: sicut fecit Isaias. Itaque talis uita tanquam bona simpliciter est præeligẽda. Ex quibus aperte mõstratur quõ intelligendæ sũt rõnes adductæ pro parte illorum: qui putãt statum clericorum, inferiorum ab epo: perfectiorẽ esse statui religionis;

Ca. xxv. De Exellentia & Laudibus uitæ Monasticæ & Religiosæ. Et de pluribus causis ꝓpter quas præeligenda sit quam alius uiuendi modus;

MOnasticam Religiosamque uitã: preconiis laudibusque efferre, nõ puto aliud fore: quam lucem ipsam, facibus adiuuare. Habet enim hoc uitæ genus ea omnia quæ ad bene, beateque uiuendũ cõferunt: quæ ad uerã fœlicitatem cõducunt. & ut paucis oĩa comprehendã: id habet ꝓprium religiosorum uita: ut deo ꝓpinquior, acceptiorque cæteris esse uideatur. Qui enim (inquit apts) adhæret deo: unus spũs est cũ eo Nam & Hierony. fatetur meliores nõ posse inueniri: quam qui in monasteriis ꝓfecerunt. Unde & Augst. in libro de operibus monachorum, illos sanctiores esse testatur: qui a cõspectu hoim separati: paucis ad se præbent accessũ: sed deo contemplantur.

126

Quis enim dubitat quin deserentes mũdum & tumultũ sæculi: & se a sæculi oblectamẽtis segregãtes: christo cõformẽtur & ab eo facilius cõfortent᷑: Quod latius ipse Augusti. ꝓsequit᷑ sup illud apocalip. mulier fugit in solitudine: sed neq͂ illud ꝑmittendũ est: q̃m in cæteris huius uitæ occupatiõibus & uiuendi modis, illud hoĩbus cõmune est: ut tẽpora transeãt & nõ redeãt. Religiosi tñ uiri illud facile agere possũt. nõ tm̃ ne tẽpus fugiat: sed ne pereat. Occupant᷑ quidem religiosi aliq̃n lectiõe plerunq͂ orõne. nec altera alteram impedit: sed auget. Succedit demũ diuini uerbi p̄dicatio: qua deo nulla gratior occupatio esse põt. Demũ itur ad bonaꝝ artiũ studia. Discunt enĩ aut docent scribuntq͂ posteris doctrinã ad erudiẽdos saluãdosq͂ homines. nullũq͂ illis tempus uacuũ est. Et cum (teste Cicerone) nihil dulcius bñ impensi tẽporis memoria: hac locupletissimi sũt religiosi. In cæteris siqdem uiuendi modis ↄsyderemus hoĩm tempora. Primo infantiã ipsã siue pueritiã in uanos ludos. adolescẽtiam & iuuentutẽ in libidinẽ & auaritiã. Senectam uero & Seniũ in quærelas: in cruciatus & doloris corporis. in suspiria: in lamẽta ↄsumimus. Religiosi uero infantiã in artibus addiscẽdis, in diuino cultu imp̄mendo: adolescentiã uero in altioribus studiis: senectutẽ uero in docẽdo, p̄dicando, deoq͂ uacando & cõtemplando: fructuose expendunt. Et ut paucis agamus int᷑ monasticã uitã & cæteras uiuẽdi formulas, illd̃ interest: quia quo magis illi nitunt᷑ ut salui fiant: tm̃ isti conant᷑ ut pereãt. Quinimo q̃ntum illi nos ad saluãdũ inuitant, adiuuãt, atq͂ cogũt: tm̃ nosipsos ĩpedimus. ❡ Cæteꝝ Religiosoꝝ uita ex quinq͂ causis exellentior atq͂ ꝑfectior cęteris uidet᷑. Primo qdem quia dignior: ueluti quã christus eligere uisus est: & apti secuti sunt. Secundo quia securior. nam ut inqt Aug. pro mille cadẽtibus in religione: cadent decem milia in sæculari uita. ❡ Tertio exellentior est uita

monastica: quia dultior atq iocundior. nõ enĩ habet amaritu
dinem cõseruatio eius. nec tedium cõuictus illius: sed gaudi
um & lætitiã. Quarto quia sanctior & deo pximior per ad-
hesionem cõtemplatiõis. Vñ qdam sapiens religiosor uitã
recte per dexterã designat. sæculare uero uitã per sinistram
unde super illo: leua eius sub capite meo: & dextera illius
amplexabit me: recte inquit sæcularis uita sub leua eccle-
siæ ponit: quia iuuat ad sustentationẽ. Sed dextera idest ui
ta religiosa, christũ sponsum ecclesiæ ãplexat: dum eius in-
nocentiæ & cõtemplatiõis ãplexibus delectat. ¶ Sed & his
alia quinq addenda sunt: pter que monastica uita pfectis-
sima atq exellentissima habet. Primo quia tẽporaliũ sollici
tudinis minus habet. Secundo quia ad spũalem adhesionem
maiorẽ habet aptitudinẽ. Tertio quia maiorẽ recõpensatio-
nem ab ea sperat. Quarto quia in ea maiorẽ unusqsque ha-
bet sui potestatẽ & fruitionẽ. Quinto quia in ea unusqsque
facilius uitat humanor piculor pmptitudines. Rursus mo
nastici uiri nedũ in his: sed plurimis aliis cunctis uitæ mo
dis pferunt. Alibi enĩ negociãtes foris qetem querũt: quam
religiosi intra se habẽt. Illi tẽporalibus studẽt: sæcularibus
implicant: uanitatibus inuoluunt: & dum inferiores pluri-
mos habere delectant: ab interioribus & superioribus elõ
gant. Distrahunt alibi hoĩes pter ea quæ foris sunt. & in
fœlicit amittunt preciosiora quæ intra se sunt: ut recte cum
Bern. dicãt: quãto magis ad mundũ accedimus: tãto magis
a deo recedimus. Desyderãt enĩ qui extra religionẽ degunt
uideri sapientes: dũ oper bonor penuria, & uera sapientia
stulti efficiunt. Credũt foris lucrari: dum seipsos perdũt. cæ
lestia appetere uident: dũ carnei eis oculi sunt. Quãto ma-
gis in tẽporalibus reddunt solliciti: tãto magis a spũalibus
efficiunt mendici. Cæci quippe sunt & duces cæcor. Omnia
enim disponere, ordinare & scire presummũt: dum seipsos

distrahũt. Illa præterea drña int saeculares & religiosos apertissima est: qm (ut inquit Hugo de sancto uictore) in illis uigilat spũs dei: dum in cæteris dormit. uiget in illis rõ: in istis sensus: in his rõ extinguit. feruet in illis amor dei in istis amor mũdi. hi mũdum diligũt: dum illi relinquũt illi oĩm obliuiscunt: & unusquisque unicæ matris suæ otinuo recordat: isti uero oĩm quæ sũt mũdi recordant: & se obliuiscunt. Illi caduca. hæc & terrena ãplectunt: & ad ea summopere aspirãt: dum isti ea quæ supra terrã sunt desyderãt. Hi gressu ppo currunt ad interitũ: dum monastici ad salutẽ festinãt. Religiosi oĩa pter deum dimittũt: dum tẽporales uiri deũ relinquũt pter oĩa. Sed certe non fallunt. ea enĩ funesta cæcitas uicem eis reddit. quia cum pter eos omnia deus fecerit: isti pter illa deum dimittũt. quare iuste eos oĩa dimittũt. Sæculares denique prudentiores uident. in quare huius sæculi se hoĩes comprobãt. quia (ut scriptũ est) filii huius sæculi prudẽtiores sũt filiis lucis. Isti ad ea quæ dei sunt tardi, pigri, tepidi atque inertes sũt. nec cogitãt quo tẽdere debeãt. uiã sciunt: sed scient deuiãt. & si qui eã nesciũt illã nõ inqrunt. Quinimo religiosorum uitã: quia humilem: quia sæculo abiectã: quia mollibus nõ indutã, abiiciunt. & uitã eorum putãt insaniã. Qui paulopost uidebũt quõ computati sunt in numero sanctorum & sors illorum inæternũ. Patet ergo huius regularis & monasticæ summa exellentia & perfectio, super cæteros temporales status.

Ca. xxvi. De Difficultatibus uitæ Religiosæ. & de laboribus & aculeis religiosorum in genere.

Religiosam atque Monasticam uitã laudabilem atque perfectã, & deo acceptã esse: nemo est qui ãbigat. Verum alia aliis congruunt. & diuersi ad diuersa

aptiores sũt. Deniq; aliud est religiosũ esse: aliud religiose uiuere. Multi nomie religiosi sũt: pauci re. Plurimi religiose uiuere cœperunt: qui supstitiosa uita finierũt. & ut qdã ait sapiens: dulce negocium, iocundũ nomen religionis est: sed pgressus difficilis: ueluti in quo uitę statu hoĩ libertas, uolũtas, ac uoluptas, & affluẽtia adimit. & ut breuibus dicam: ipsa quoq; q̃ nã cã ɔcedit: sancta religio phibet. Fateor in monasteriis deus ipse noscit: ibi dei notitia, amor, & cultus habent: ea tñ in cæteris uitæ statibus impleri pussunt. & utinã tã digne: tã recte implerent ab hoĩbus, q̃ sciunt. Scit enĩ unusqsque quõ placere deo possit. idq; si agat: uere religiosus est. Se enĩ deo ille religat: qui in pietate & humilitate deũ colit: & insolentias stirpat. Fateor ea commodius in monasteriis fieri: si facultas corporis aĩq; uires suppetunt. Deniq; qetem animi in religione monastica inueniri aiunt. Quibus ego dicere possem: si qetem animi speras aut optas: cur ergo in bello stas? Quocunq; igit in statu uiuas: quis tibi bellũ infert: nisi tu unus? Quod ergo tu tibi aufers: quare in alio statu speras? Deniq; cõsydera illud Isidori: qm̃ ad dei qetudinẽ nõ accedit passibus corporis: sed mentis speculatiõibus. Vidisti tu plurimos religioso habitu indutos per ingetudines discurrẽtes. apostatãtes: & alios ppter inopiam rerꝝ necessariaꝝ ab incepto opere cadentes. De qbus scriptum est: qm̃ ppter inopiã multi deliquerunt. Quanq̃ illud fateor non sacræ religioni: sed eoꝝ improbitati imputãdum est. uerumtñ deliberatiõe & cõsilio nõ paruo opus est. Quare (ut ego puto) monastica, religiosaq; uita ab illis potissime eligẽda est: qui casum nõ timẽt. Imperfectis enĩ & fragilibus, & nõdum uitioꝝ mortificationẽ superantibus, experiendũ dixerim: nõ pfitendũ: aut uerius differendũ. Præterea Religiosi nõnulli huius temporis ab utero regulæ suæ aberrãtes. Quo enĩ mõ ɔuersent: quo ue obedi-

128

entiæ paupertatis & castitatis tramite religionē obseruent: tu ipse nosti. In qbus (ut mihi uidetꝰ) maior est piculi timor q̄ spes pficiendi. Hinc qdam sapiēs illud trenoꝶ exponens Lapides sanctuarii dispersi sunt. Plangunt (inquit) religiosi implicati temporalibus negociis: quia nō est actio sæcularis uitę: quā hodie nō administrent religiosi. discurre singuloꝶ occupationes & officia: religiosos adesse uidebis. Sæcularia enī negocia sæculariter pertractāt. ad quæ utinā pficiendi gratia: aut uocati accederēt. Sed phdolor sese ingerūt cupiditatis uel adipiscēdæ dignitatis gratia: aut forte lasciuitatis & habendæ exemptiōis: ut excutiāt collum ab obediētia suoꝶ prelatoꝶ: agentes ꝯtra pncipalia eoꝶ uota: per quoꝶ obligationē positi sūt in statu perfectiōis. Et quanq̄ prauorum hoīm facta, bonos a bono nō retrahāt: qnimo sicut pœna suos actores: sic innocētia suos tenet sectatores. Nihilominus hęc quorundā religiosoꝶ praua exempla, & si aliquos a religione penitus nō arceant: cogūt tn̄ ut differāt quousq; se experiantꝰ. Quibus colligitꝰ hunc statum non parꝶ laboris & difficultatis habere.

Ca. xxvii. Particularius & Latius De Promptitudine periculoꝶ huiusmodi Status in specie. & de malis Religiosis. & abusibus illoꝶ.

POst difficultates & labores predictos, quos nōnulli in genere adducunt: circa monasticā uitā afferūt. & alia particularis de pmptitudine piculi huius status. Aiunt enī quia picula monasticæ uitæ ex plurimis conspicere libet: eo p̄sertim: quia cum peccata effugere uix possimus: cōstat in eodem genere peccādi lōge grauius religiosos peccare q̄ cæteros hoīes. Quis enī dubitat (ut Sanctus Thomas refert) religiosū grauius peccare fornicando contra

uotum continentiæ: grauius peccare contra uotum pauperta
tis: grauius deniq peccare, inobediẽdo cõtra uotũ obedien-
tiæ? Deinde quis dubitat religiosũ grauius peccare ex con-
temptu. quia (ut sancti aiunt doctores) per cõtemptũ uidet
ingratus beneficii recepti: cum per religionẽ sublimatus sit
ad pfectionis statũ. qnimo & dei filiũ cõculcat atq uitupe-
rat per cõtemptum. Cõtra quos Hierony. cõquæri uidet in
quiens illud Sapientis: quid est q dilectus meus in domo
mea facit scelera multa? Deniq g̃uius peccat ppter pmpta
scãdala: cum multi eius uitã ut speculum respiciunt. Quos
idem Hierony. signat. Ait enĩ cũ ppheta hieremia: uidi si
militudinẽ adulterii. & iter mendacii. & cõfortauerũt ma-
nus pessimorum. nõ ut cõuerteret unusq̃sque a malitia sua. Cõ
fortauerunt inq̃ manus pessimorum: quia malo eorum exemplo
mali quodãmõ cõfortari uident: eos uidelicet seq̃ndo in sce-
leribus: quos sequi debuerũt pie & sancte uiuẽdo. Est igit
piculosus cõtemptus in religioso. quia (ut thomas ait) cum
religiosus uenit in cõtemptum: incorrigibilis efficit: & om
nium est pessimus. adducẽs illud Hieremiæ: ↄfregisti iugũ
& dirrupisti uincula mea. Vñ Bern. ad eugeniũ: quę maior
puersitas: qui maior cõtemptus: q̃ post perfectiõis uotiuam
pmissionẽ: uoluntariã obligationẽ: post sacri habitus suscep
tionem: post exemplorum ũtuosorum patrum multitudinẽ & perfe
ctionem: redire ad peccata sicut canis ad uomitũ. Illorum præ-
cepta cõtempnere: quos totius uitæ & actionis suæ iudices
loco dei elegit. Et sbdit: magna monachi dignitas: sed ma-
gna eius damnatio: si quæ sũt monachi, agere prætmittit.
¶ Ceterum huius status labores & difficultates non negauit
augustinus, ad Vincentiũ donatistã. Ait enĩ: fateor caritati
uestrę corã dño deo nostro, qui testis est super aĩam meã, ex
quo deo seruire cœpi: quoniã difficile sum expertus melio-
res posse inuenire q̃ qui in monasteriis profecerunt: ita nec

peiores q̃ qui in monasteriis defecerunt· ut hinc arbitror in apocalipsi esse dictum: iustus iustificet adhuc: & qui in sordibus est, sordescet adhuc· Attendenda ergo sũt Augustini uerba· Fatetur enĩ meliores non reperiri q̃ qui in monasterio pfecerunt· sed nec peiores q̃ qui defecerũt· Constat enĩ longe plures deficere q̃ pficere· Nam (ut hierony· inquit) rara est uirtus, atq; difficilis: & a paucis appetitur· Sed & phũs in Ethicis ait: difficile admodũ fore tenere mediũ ũtutis· quare lõge plures deficiũt, q̃ attingũt· ueluti sagittãtes ad signum mediũ: plures deficiũt q̃ signũ tangãt· Vñ qdam sapiens nõ miratur quare plures hoĩes sint uitiosi q̃ uirtuosi: maxime qa peccare multis mõis cõtingit: & unico defectu quis redditur uitiosus· sed nequaq̃ quis uirtuosus & innocens erit: nisi omĩ cõcurrente uirtute quæ inuicẽ cõnexe noscuntur· Vñ Saluator multos fore uocatos ait: sed paucos electos· Et ppheta clamat: quia multi quoq; defecerunt: Et iterũ: omñs simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonũ: ut bonorũ raritatẽ atq; parcitatẽ designaret· Cũ ergo in omni statu plures deficere arbitrãdum sit: religiosos grauius deficere nõ est ãbiguum· Quis enĩ nõ cernit religiosorũ tam copiosã numerositatẽ: sed quis nõ uidet tã paucorũ sanctitatẽ: Quis ñ cernit multorũ religiosorũ superbiã & elationẽ: sed quis ñ uidet paucorũ humiliationẽ: Plurimi certe sunt religiosi: sed phdolor tales (ut cum bern· loquar) sub habitu religionis animũ sæcularẽ: & sub pãnis cõuersationis hẽre inueniantur cor altũ in sæculo, & peruersum ad religionis opera· De qbus idem Bern· ait: doleo de multis qui post spretã ppti pompã cõuersari deberent in schola humilitatis: grauius insolescere & impatientes ãplius fieri in claustro: q̃ fuissent in sæculo· Et quod magis piculosũ est: pleriq; in religione nõ patiuntur haberi se cõtemptui: qui in domo sua secularitur uiuẽtes, nõ nisi cõtemptibiles esse potuerũt· Præterea in eo uersatur

q̃ maxime religiosorum periculum: quia cum sint religati deo: dum se ligatos fore dolẽt: se amittunt solutos. nõ cõsyderã tes/ q bene ligata securius custodiunt: soluta uero facile p̱ dunt. ¶ Multis rursus aculeis & laboribus: status religio nis est refertus & plurimis periculis expositus. Quis enim dubitat (teste Bern.) g̃uissimũ esse int̃ assuetas epulas esu rire: int̃ delitias præteritas macerari: int̃ uestes p̃tiosas & multas algere: & int̃ diuitias quas oñdit mũdus/ offert dia bolus/ desyderat noster appetitus eas cõtempnere. Profecto hæc grauiora existũt: q̃nto grauius a pautioribus tolerant̃. Fateor certe quia (ut Bern. ait) nõ desunt religiosi in clau stro: qui hoc pacto uolunt esse pauperes: ut nihil eis desit. Deniq uolo religiosi casti sint & pauperes. Quid tñ dices de periculo arrogãtiæ: uanæ gloriæ: quæ nõ nisi meliores tem ptat. Vñ Hierony. plus est deposuisse aĩm: q̃ cultũ. diffici lius arrogãtia: q̃ auro caremus & gemmis. His enĩ abiiectis gloriosi int̃dum tumemus sordibus: & uendibilẽ pauptatẽ populari aure offerimus. Sed ad alia trãseamus. Quis talis religiosus est. quem Bern. ipse describit: qui in nullo p̱rsus aut resistit prioribus: aut inuideat. paribus: aut subiiectis/ plene obsequat̃: sociis cõgruens: subiiectis utiliter oĩbus cõ descendẽs: fugax uoluptatis: appetitor laboris: patiens abiie ctionis: impatiens honoris: pauper in pecunia: diues in sciẽ tia: humilis ad merita: superbus ad uitia: qui ita huic mũ do morit̃: ut soli deo uiuere delectet̃. De his Eusebius di cebat: qm̃ talit̃ in monasterio uiuere/ perfectio est: sed alit̃ cõuersari/ magna damnatio est. Sed certe potius eos imitan tur. de qbus idem Bern. ait: qm̃ superbiæ/ inobediẽtiæ/ & auaritiæ student: quarum primæ culpæ casus attulit & labor. tertię lapsus timet̃. His tribus p̱iculis: tres claustraliũ ordi nes subiiciunt̃. scilicet qui sedem prȩlatiõis quærunt: & prȩ esse non ualent. Alii qui nec obediunt nec obedire uolunt.

130

Tertii familiares Iudæ loculos portantes & in oculto detrahentes. Sed ut paucis multa cõphendã: si studia, si mores, si uitã plurimorꝝ religiosorꝝ cognoscere uis: consydera, quia illis capitulũ hostis est. extra murũ & inuidia. in nocte nullas uigilias hñt. nec in die labores. Laborat monachus ut fiat abbas. Abbas uentrosus. Prior ingrassat̃. Mendicãs blandit̃ potentibus: terrena diligit. Suspitiosus claustralis. Bursarius pecuniosus. Infirmarius cõcubinarius. Capitosus sacrista. Sine orõne conuersi, fratres ad quæstum predicãt. Gardianus eqtat. Prouintialis ꝓclamat. Generalis generat. Preterea de huius status periculo uide quod Bern. dicat in q̃dam epła: moriens uix unq̃ aliquis in cella ad infernum descendit: quia uix unq̃ in celo prædestinatus in ea usq; ad mortem persistit. Item labores & pericula huius status: apertissime demõstrat Greg. in registro ingens: uos qui uiam uitę extra hoĩm freqñtia ducitis, tãto maiora certamĩa pati necesse est: qm̃ ad uos magister ipse temptationũ accedit. Ceterꝝ ex multitudĩe preceptorꝝ & onerꝝ religionum: periculũ & difficultas huius status cõphendit̃. Nã (ut dicit august.) ubi sũt multæ preceptiões: ibi multę sũt transgressiones. Habent enĩ religiosi lõgeplura precepta: q̃ quicunq; hoĩes aliorꝝ statuũ. immo plerunq; ut supra dixi: quod aliis meritũ: sibi ad peccatũ & periculũ est. Nec iuuat si dicas: nõ omĩa precepta obligant. Quibus Hierony. rñdet in q̃dam epła: nõ ideo putet qui se deo obtulit aliq̃ cõtemnẽda esse mãdata: quia leuia sũt. Tam enĩ maxima illa q̃ minima imperata sũt. & cõtemptus unius præcepti p̃cipienti: iniuria est. Et sequit̃: in quocunq; enĩ statu in quouis gradu æquale peccatũ est: uel ꝓhibita dimittere: uel iussa nõ facere. Et Bern. ait: iussa sine culpa nõ negligunt̃: & sine crimĩe nõ ꝯtemnunt̃. O q̃multa sũt hodie in religioĩbus precepta O quot uincula multiplicata. O q̃pauca & tarda remedia.

De quibus Christus dicere uidet᷑: alligant onera grauia & importabilia: & imponūt ea in humeris hoīm. Contra hos multiplicātes pręcepta, comminat᷑ deus duas maledictiōes. Prima est: ue uobis scribæ & pharisei hypocritæ: qui clauditis regnū cælorꝝ añ hoīes ubi ñ intratis nec ꝑmittitis alios intrare. Secunda est: ue uobis scribę & pharisei: qui decimatis mentā & anetum: & relinqtis quæ grauia sūt: scilicꝫ legis iudicium, misericordiā, & fidem. Forte dicet qspiam fatendum esse: plurima esse religionū præcepta: plurima onera. ex qbus necesse est plurima seqant᷑ peccata. Fatendū etiā plurima esse in religiōe pericula, incōmoda: plures difficultates & labores. Verūtn̄ ex plurimis bonis quæ religiosi agunt facilius credit᷑ absorbi posse: sed & ꝓmptius ab eis resurgere ualebūt: ꝑsertim ꝓpter intentionē quā hn̄t ad deum erectā. Accedit quia hn̄t socios a qbus iuuent᷑. ad quos dici pn̄t: quæ tetigi sup̄ in. xxiiii. ca. ¶ Demū fateor possibile illud est. sed difficile dixerim. Præcepta enī aperta sūt impletiōes dubię. mādata certa: trāsgressiones certiores. uitia nō occulta sunt: bona nō uident᷑. pericula manifesta existunt: nec sine discrimīe incurrunt᷑: remedia uero dubia. nec sine magnis laboribus quærunt᷑. Facilius cadimus: q̄ resurgamus. socii uero an iuuent eū qui se lædere uult, unusqsq; cōsyderet, de quibus qdam sapiēs ait: quid iuuat amicus: si animus amicitior lædit. Fateor tn̄ bonis & deo dicatis religiosis, pericula, difficultates, labores huiusmōi q̄dam certamina: q̄dam exercitatiōes existunt: quæ religiose uiuētes eo magis coronāt. atq; ut supra dixi: cum de piculis & laboribus status ecclesiastici egi: non est in culpa religio: sed abutētes religiōe. Nec est improbatio in religiōe: sed de͂pantibus religionē. in qua nō est mirꝝ si sit multitudo piculorꝝ ubi uiolētibus & bene militātibus est cumulus donorꝝ. Nā (ut ait hugo de sancto uictore) oī statui benigna ē religio.

abundãs pauperi·mediocribus sufficiens· tolerabilis diuiti·
infirmis larga·dedicatis compatiẽs· pœnitẽtibus miserans·
peruersis sæuera·bonis optima·Et Chrysosto: religio nunq̃
senescit· fatigationem non sentit· ¶Ex quibus omnibus a-
perte monstratur huius uitæ & status periculum: labor: &
difficultas: simul & necessitas;

¶Ca·xxviii: ¶De inclinatione & dispositiõe naturali, & diuersitate complexionũ & abilitatum hominum q̃ntum ad religionem· & de Consilio in talibus;

Ultra prædicta nonnulli cautos agunt & attentos
religionẽ ingredi uolentes: ut inclinatiões suas ac
dispositiões naẗales, & complexiões attendãt: uires
q; suas discutiãt· Tandem qdam illis circa prędicta consilia
prebent· Aiunt enĩ quia scd̃m ãtiquorum sapiẽtium sentẽtias
diuersi ad diuersos penitus uiuendi mõs: aut inclinanẗ aut
disponunẗ· Diuersitas autẽ & dissimilitudo, aut disparitas
uiuendi unius ad alterum (ut in politicis inquit phũs) ex tri
plici radice pcedit·Primo ex naẗa siue q̃litate diuersa· nõ-
nullos ex diuersitate complexiõis, loci quoq; in quo uiuiẗ:
naẗaliter ad diuersa ferri uidemus·nõnullos enim inclinari
cõspicimus ad bñ politizãdum in Rep· alios ad militãdum
alios ad artificia·alios ad sacrificia & cultũ diuinũ· nec solũ
ad hæc exercitia: sed animæ passiões diuersimode disponun
tur·qm̃ aliq ad uerecundiã·alii ad irã·alii ad tristitiã incli
nanẗ·Complexiõis ergo diuersitas & regionis q̃litas: ad di
uersa penitus inclinat·etiã quo ad mores· Qñãto enĩ huma
na complexio simplicior & purior est: tãto sensus exteriores
uiuatiores, potentiores atq; subtiliores reddunẗ· Quo fit: ut
per conseqñs intellectus hoĩs eo magis sit purior & subti-
lior·Idq; ex eo patet esse manifestum· qm̃ q̃diu sensus ipsi

exteriores uiuatiores existunt: tãtomagis intellectui deser-
uire possunt. Qm̃ intellectus ipse nihil agit aut intelligit
q̃diu in hoĩe existit: nisi cum ministerio sensus. Quare recte
Aristoteles inquit: quia animæ sequunt̃ corpora. Et alibi
in libris de anima ait: molles carne aptos mente dicimus.
Anima ergo siue intellectus humanus, nõ exercet operatio
nes suas: nisi mediãtibus organis corporis. quia eodem phi
losopho teste. Nihil est in intellectu: quin prius fuerit in
sensu. Ex qua radice procedit illa causa a multis ignorata.
q̃re intellectus humanus qñq3 fatigat̃. quod: licet impropie
dictum sit: tñ intellectum fatigari dicimus nõ scdm se: sed
scdm sensus exteriores. cum qbus agere debet intellectus
ipse. Ex qbus oĩbus constat q abilitant̃ seu disponunt̃ ho-
mines ad hunc uel illũ modũ uiuendi: scdm q peius uel me
lius complexio illo₂ est disposita. Et quanq̃ ania ipsa æq̃
perfecta existat: tñ aliqñ eligit unum uiuẽdi modũ sibi ac-
comodũ. & in eo facilius bñ operat̃: si organa corporis me-
lius habet disposita & complexionata. quæ inclinatiue non
completiue ad hoc uel illud disponunt. Secundo: diuersitas
modi uiuendi cõtingit plerunq3 ex diuersa cõsuetudine: quę
naturã imitat̃. & illa ad unũ modum uiuendi trahit alios:
alios ad alium. Tertio: hæc disparitas uiuendi cõtingit nõ
nunq̃ ex speciali diuina influentia. quæ: qñ & quomõ uult
hunc trahit ad unũ uiuendi modũ: alium ad alium. sine ta-
men offensione uniuscuiusq3 liberi arbitrii: prout suæ inscru
tabili placet ꝓuidentię. Quicunq3 ergo hoc modo trahit̃ ad
uitã monasticã: laudet deum qui traxit. & ꝓperet ad locum
quem sibi monstrat deus. & relictis urbibus & ea₂ illece
bris: uadat saluari in Segor. Ve₂ secundus modus cõsuetu-
dinarius eos repente non iuuat: qui delicate in urbibus nu
triti sunt. sed opus est consuetudinem pernitiosã cõtraria cõ
suetudine paulatim deuincere. Si uero ꝑmum modũ atten-

132

dunt: recurrãt ad complexionē: ut p̄diximus. ad naturam suam ad inclinationē, ad dispositionē interioris hominis sui, unusquisque recurrat. denique: ad uires corporis sui: & seipsos & intra seipsos diiudicent: & de se magis sibi q̄ aliis credant. Concludunt ergo & consulunt nōnulli scribentes: ut qui in deliberatione pendet, an religiosam uitam assumat: cuncta animo digerat. & id eligat: quod portare & continuare possit. Nec uolumus quæ tetigimus, dicta esse animo dissuadēdi religionis ingressum. maxime: quia nō ignoramus neminem sine graui peccato religionis uitā alicui aut prohibere aut impedire posse, iuuenibus presertim. Nam adolescenti uolenti uiam perfectionis, dixit christus: uende omnia quæ habes, & da pauperibus: & ueni & sequere me. Vnde quidā Sapiens ait: qui adolescentem a religione retrahunt: similes sunt phariseis. quibus ore Saluatoris dictum est: ue uobis: quia nec uos intratis in regnum cælorum: nec alios sinitis intrare. Veruntamē: cum religionis ingressus de consilio sit & de operibus supererogationis: unusquisque (ut dictum est) ad se recurrat: uiresque suas discutiat: fragilitati suæ, complexioni, naturæ, consuetudini: consulat. & si potest capere: capiat. Dicare enim & religare se deo optimum est. ¶ Sed cogitet qui religionem intrat: laboriosam uiam: iter arduū atque difficile aggredi. nec ad tempus: sed q̄diu uixerit religionis onera necesse est sustineat. Illudque semper in mentem ueniat: quia sic manum ponat ad laboriosum aratrum: ne respiciat retro. quia aptus non erit regno cælorum. Fatemur tñ quia ea quæ tetigimus: inclinatiue non completiue ad hoc uel illud disponunt. Potens est deus abundare & facere gratiam nobis: qui de lapidibus istis pōt suscitare filios Abrae. De lapidibus inq̄: idest de induratis & inflexibilibus animis hominū. nō solum natura uel complexione: sed etiā deprauatione & malitia potest suscitare filios abrae: idest

reddere eos flexibiles & obsequentissimos ad obedientiam & cætera onera religionum. Non tamē improbamus quin vnusquisq; fragilitatem, uiresq; suas discutiat. Et cum consilii sit religionem ingredi: (ut supra dictum est) si potest capere capiat.

¶ Ca. xxix. ¶ De comparatione religiosorum inter se adinuicem. Et primo de comparatione Solitariorum ad socialē uitam agentes: & quæ uita perfectior sit altera.

HAbita est igitur superius comparatio, & differentia horum duorum Statuum: clericalis uidelicet & regularis inter se adinuicem comparatorum. & qualiter alter alteri aut æquatur aut præponatur quo ad perfectionem statuum. & quis sit eligibilior prout perfectior aut prout humanior. Iam superest ut status religiosorum inter se adinuicem distinguantur, & comparentur quo ad perfectionis statū. Et primo de religiosis solitariis comparatis ad uitam socialem agentes. Quaātum igitur ad religiosorum statum inter se cōsyderandum, & comparādum: duplicem fore puto differētiam religiosorum. quorundā: qui solitariam & anacoriticam uitam ducunt. aliorum: qui socialem. De solitariis ergo primo dicendum est. deinde de socialem uitam agentibus. De primis itaq; a nōnullis sanctis doctoribus asseritur illos omnes cæteros religiosos exellentia uitæ status perfectione anteire. Sic de Antonio legimus. Sic de Paulo primo heremita necnon Benedicto & primis machanionibus & plurimis aliis De quibus Augustinus in libro de operibus manachorum ait: illos manachos sanctiores esse: qui a conspectu hominū segregati: nulli ad se prebent accessū. Alii uero distinguendū putant. quia uel loquimur de perfectionis statu: uel de perfectionis opere. Vtroq; autē modo solitaria uita maiorem

133

perfectionē acquirit: q̄ ſocialis. Quoꝝ ratio eſt. quoniā ui-
ta ſocialis: ſtatus eſt uolentium perfici per inſtructionem in
intellectu: & per correctionem in effectu: cum aliq̄n contin
gat a uia perfectiōis deuiare. Sed ſolitaria uita eſt perfecto
rum: & talium qui nullo iſtoꝝ indigeant. Solitarie enim
uiuenteſ, & alioꝝ conſortia aſpernanteſ, & ciuiliter, & ſoci
aliter non cōuerſanteſ: neceſſario (ut philoſophuſ ait in po
liticis) uel ſunt ut beſtiæ: uel ſunt homine melioreſ. Vnde
non ſolum ſcd̄m ſanctoꝝ, ſed & ſcd̄m philoſophoꝝ ſenten-
tias: ſolitarie & uirtuoſe uiuere, perfectoꝝ eſt. & magiſ ta
leſ debent dici quidam dii: q̄ homineſ. uel tanq̄ ſupremi &
perfectiſſimi homineſ: non ſolum honorandi: ſed potius ad
mirandi ſunt. Quanto ergo ſtatus perfectoꝝ excedit ſtatū
perficiendoꝝ: tanto ſolitaria uita monachoꝝ excedit uitam
quorūcunq; religioſoꝝ ſocialiter uiuentiū. Si uero loquam̄
de perfectionis opere: hoc idem putant. Opus enī uitæ ſo-
litariæ contēplatio eſt. ſocialis uero uitę actio eſt: uel utri-
uſq; operiſ in quibuſdā commixtio. Planum eſt autē ꝙ con-
templatio præeminet actioni: & eſt opus magnæ perfectio
nis. non ſolum propt̄ chriſti uerba, de Marta & Maria cō-
muniter recitata: ſed propter chriſti exemlpū imitādū. De
quo ſcribit̄ apud Lucam: ꝙ exiit in montem orare: & erat
pernoctans in oratione. & hoc fit propt̄ facilius diuinū au-
xilium impetrandū. Non enī dixit exiit ad turbas, aut ad
urbeſ orare: ſed in montem uaſtæ ſolitudinis. Vbi enī de-
eſt auxiliū humanū: ſolitudinis locus aptus eſt ad impetrā-
dum diuinum auxiliū. quia cum ignoramus quid agere de-
beamus: hoc ſolū habeamus refugii: ut oculos noſtros di-
rigamus ad deum. Item quærit̄ ſolitudo propter tumultū
ſæculi fugiendum. Deſerens enī mundū & tumultum ſæculi
& ſperans ſe non ſolum a uoluptatibus mundi: ſed a iocun-
ditate ſociali. ꝯfortat̄ a chriſto: ut gloſa ait ſuper illo ūbo

apocalipsis·xii! mulier fugit in solitudinem· Circa p̄dicta
tamen quæ de sanctitate uitæ solitariæ dicta sunt! dicam
quod animū pulsat· Alia est enī ratio illius antiqui tem·
poris·alia moderni· Si enī uiros solitarios consyderamus,
illos uidelicet qui in primitiua ecclesia floruerūt· uerissim̄
put! illos fuisse perfectioris & sanctioris uitæ cæteris soci
alem uitam agentibus·Eo enī tempore nō artabant̄ fideles
tot canonū & decretoꝝ præceptis,censuris,aut pœnis· Nec
erāt tunc(ut ita dixerim)tot laquei legum seu ꝯstitutionū,
excōmunicationū siue censuraꝝ! a quibus uix fideles etiam
diligentissimi & timorati respirare & præcauere possunt·
non tot ieiunia indicta·non uigiliæ·non silentia·non diur
na,pariter & nocturna diuina officia dietim ac ex præcepto
dicenda·non deniq; tot festa colenda·non tam crebra confes
sio & corporis christi cōmunicatio·non tot obedientiaꝝ prę
stationes! sicut modo fideles artant̄! aut potius inuoluunt̄·
Ita ut recte de prælatis ecclesię dici possit illud christi! qui
alligant onera importabilia! & cætera· Vn̄ si aliqua huius
modi in illa primitiua ecclesia seruabant̄·erant tamē uolun
tatis! quæ protunc trāsgredi; peccatum non erat·quia nondū
prohibita·Nunc uero ea omnia quæ diximus, & complura
alia ab ecclesia addita quotidie scd̄m hominū & temporis
malitiam·expedit ut augeant̄ & sub præcepto iniungant̄·
Quoꝝ ignorantia aliquem non excusat! & omnes etiā solita
rios ad obseruationē ligant · Cum igit̄ ea omnia non solū
facere sed & scire difficile sit, & fere impossibile! non solum
anachoritis,& in heremo uitam agentibus,qui hominū cō·
uersationes fugiunt,& omniū reꝝ necessariaꝝ penuriam ha
bent! sed etiā his qui urbes incolunt·Ideo putamus sine of
fensione ueritatis probabiliter dici posse! modernis tempo
ribus,uitam heremiticā non posse reperiri illius perfectio·
nis & sanctimoniæ! sicut priscis illis temporibus· quinimo

periculosam admodum fore: & difficulter cuncta ecclesiæ statuta obseruare posse. Nisi forte aliquis dicat q anachoritæ prædicti iam adeo perfecti sunt, & tam fixum animum in dei amore habent: ut ab his ligamentis liberi sint. & prædicta præcepta habeant in præparatiōe animi. Quibus nō facile assentio. quia cum de ecclesia sint: præceptis ecclesiæ ligari manifestum est: nisi priuilegiati reperiant: aut diuinitus aliter fuerit reuelatum.

Ca. xxx. De comparatione Religiosorum, uitam Socialem inter se agentium. & quæ Religio socialis, alteri sociali sit pfectior. Et utrū religio eoq artior: sit pfectior.

Consequens est ut religiosos uitam socialem agentes discernamus. & comparemus quātum ad eorum perfectionem. inter quos (ut Sancti doctores tradunt) longa admodū differētia est. Nam ut inquit Sanctus Thomas secunda secundæ. quæst. Clxxxviii. differentia Religionis unius ad aliam pricipalit̄ quidem attendit̄ ex parte finis: sicut si una religio ordinet̄ ad peregrinos hospitio recipiendos, & alia ad uisitandos uel redimendos captiuos Secundario autē ex parte exercitii. quia diuersi modi exercitii sunt in diuersis religionibus. puta quia in una religiōe castigat̄ corpus per abstinentias ciboꝝ. in alia per exercitium operꝝ manualium. uel per nuditatem uel aliquid aliud huiusmodi. Et quia non potest aliquid dici altero potius. nisi scdm illud in quo ab eo differt. Ideo exellentia unius religionis super aliam principalit̄ qdem attendit̄ scdm Religionis finem. Secūdario autē scdm exercitiū. Diuersimode tamē scdm eum utraq comparatio attendit̄. Nam comparatio quæ est scdm finem est absoluta: eoq finis propt̄ se q̄ritur. Comparatio autē quæ est scdm exercitium quærit̄ non

propter se: sed propter finem. & ideo illa religio alteri prefertur quæ ordinatur ad finem absolute potiorem. uel quia est maius bonum: uel quia ad plura bona dirigit. Si uero sit idem finis sed secundario: tunc attenditur præeminentia religionis non secundum quantitatem exercitii: sed secundum proportionem eius ad finem intentum. Unde & in collationibus patrum introducitur sententia beati Antonii: qui prætulit discretionem: per quam aliquis omnia moderatur: & ieiuniis: & uigiliis: & omnibus huiusmodi obseruationibus. Sic ergo dicendum quod opus uitæ actiuæ est duplex. unum quidem quod ex plenitudine contemplatiouis deriuatur: sicut doctrina & predicatio: Unde & Gregorius dicit in quinta omelia super ezechielem: quod uiris perfectis primo ad contemplationem suam redeuntibus: dicitur. memoriam suauitatis tuæ eructabunt. & hæc prefertur simplici contemplationi. Sicut enim est maius illuminare quam lucere solum: ita maius est contemplata aliis tradere quam solum contemplari. Aliud autem est actiuę uitę, quod totaliter consistit in occupatione exteriori: sicut elimosinas dare: hospites recipere: & alia huiusmodi: quę sunt minora operibus contemplationis: nisi forte in casu necessitatis. Sic ergo summum gradum in religionibus tenent: qui ordinantur ad docendum & predicandum. qui etiam propinquissimi sunt perfectioni episcoporum: sicut & in aliis rebus fines primorum coniunguntur principiis secundorum: ut dicit Dionysius septimo ca. de diuino nomine. Secundum autem gradum tenet ille qui ordinatur ad contemplationem. Tertium autem qui occupantur circa exteriores actiones. In singulis autem his gradibus potest attendi præeminentia secundum quod una religio ordinatur ad altiorem actum in eodem genere. sicut inter opera actiuæ potius est redimere captiuos: quam suscipere hospites. & in omnibus operibus contemplatiuæ: potior est oratio quam lectio. Potest etiam attendi præeminentia, si una earum ad plura horum ordinatur quam alia: uel

135

conuenientiora statuta habeat ad finem propositũ cõsequendum. Moderni tamen doctores ad eundẽ intellectũ aliter distinguunt. Tres enĩ gradus fuerunt illorꝝ religiosorꝝ uitam socialem agentiũ, presertim qui in paupertate uoluntaria propter christum assumptã regularem uitam elegerunt. Primus gradus fuit quondã. & hodie est quorundã monachorum: qui habentes possessiones in communi: de fructibus & ꝓuentibus ipsarꝝ uiuunt. & de illis sibi & necessariis uitæ suæ prouident. Secundus modus fuit & adhuc quoruudã est religiosorꝝ: qui mundum spernentes de labore manuũ suarꝝ uictitãt. ac uestium & alia necessaria sibi ex illo ministerio subministrãt. scd͂m quẽ modũ aliqñ Paulus apostolus uixit: ne offendiculum daret euãgelio. Tertius gradus est aliorꝝ religiosorꝝ: qui hodie cõmuni uocabulo mendicantes appellanẗ. qui spiritualibus principaliẗ uacantes: & predicationi & doctrinæ insistentes: de his quæ sibi a fidelibus offerunẗ: in uoluntaria paupertate deo famulanẗ. ❡ Hæ igiẗ Religiones habent inẗ se differẽtias & ꝓportiones. & aliæ aliis antiquiores sunt, & etiã strictiores. Sed quãtum est ad statũ uberioris perfectionis: non dubito ultimam (idest mendicãtium uitam) maioris esse perfectionis & meriti: ac etiã securitatis ad salutem. & hoc propẗ quattuor causas superius assignatas: cum de exellentia Religiosæ & Monasticæ uitæ in genere actum est. Primo uidelicet: quia temporaliũ rerꝝ minorem habent sollicitudinẽ. Secundo: quia ad spiritualẽ contemplationem maiorem habent dispositionẽ annexam. Tertio quia respectu maiorꝝ honorꝝ quæ fidelibus subministrant: & paruam in hoc sęculo recompẽsationem recipiunt. Quarto: quia magis christi uitam imitantur & apostolorꝝ. Scribiẗ enĩ in Luca: ꝙ mulieres multæ sequebanẗ christum ministrantes sibi de facultatibus suis: quam aliqui putant uitam mendicãtium. ❡ Fortasse aliquis obiiciet ꝙ nõnullæ

religiones artioris uitæ sunt q̄ mendicantes: ideo uidentur
eminentioris atq̃ perfectioris esse status. Nam dicendū est
(ut Sancti tradunt doctores) ꝙ ista duo simul stare possunt:
aliquam religionem esse artiorem: & tamē minoris pfectio-
nis. Quod triplici uia ostendit̃. Primo: per christi exemplū.
Secundo: per discipuloꝝ documentum. Tertio: per ecclesiæ
militātis cōmune experimentū. Primo enī patet per exem-
plum christi. Nam nulli fideliū debet esse dubium: ꝙ nul-
la regula uel religio artior esse potest: q̄ religio Iohannis
Baptistæ. de quo dicit̃ Mathei p̄mo: ꝙ uestimentum eius
erat de pilis cameloꝝ. esca autem eius locustę, & mel silue-
stre. Super quo uerbo dicit Hierony. ꝙ miꝝ erat in huma-
no corpore tātam asperitatē uitæ conspicere. Demum nulli
dubium est: ꝙ nulla alia religio aut uiuendi modus perfe-
ctior fuerit, uita & religione christi. Vnde Mathei. xi. di-
citur: uenit Iohannes baptista non manducās nec bibens: &
tn̄ dixistis quia demonium habet. Venit filius homīs mā-
ducans & bibens: & dixistis ecce homo uorax & potator ui-
ni, publicoꝝ & peccatoꝝ amicus. & iustificata est sapientia
a filiis suis. Super quo uerbo dicit beatus Augustinns: ꝙ
Sancti apostoli intellexerūt regnum dei non esse in esca &
potu: sed in ęquanimitate, & uoluntate tolerādi. quos neq̃
copia subleuat: neq̃ deprimit egestas. Et sic patz ꝙ religio
christi licet fuerit minus arta: tamen longe maioris perfe-
ctionis. Secundo hoc patet per doctrinam apostoloꝝ. Tan
ta enim fuit apostolicæ uitæ perfectio & ecclesiæ primiti-
uæ: ut cunctis possessionibus abdicatis: omnia haberent in
communi: & precia possessionū ponebant̃ ad pedes apostolo
rum. a qua perfectionis uia aliqatenus posteriores defecert̃.
quia possessiones in cōmuni (licite tamē) reseruabāt: ut ali-
bi latius diximus. presertim in eo libro quē de christi pau-
pertate edidimus. Tetigimus etiam in libro defensorii sta-

tus ecclesiastici. Nam Augustinus dicit in de doctrina christiana: nullas ecclesias gentium fecisse: quod tempore apostolorum factum est. & tamen monasteria ex gentibus conuersis congregata & possessiones in cõmuni seruantes: artioris uitæ fuerunt q̃ religio siue status apostolorum. Dicit enim Hieronymus in epistola ad Eustachium: de cibo uero & potu taceo: cum etiam languentes monachi aqua frigida utant̃: & coctũ aliquod cõmedisse luxuria est. Fuerunt ergo monachi in p̃mitiua ecclesia artioris uitæ q̃ apostoli: sed tñ minoris perfectionis. Quod patet quia ex eo q monachi predicti possessiones in communi seruabãt: augustinus uidet̃ inuere eos quodammodo a perfectione apostolorum defecisse. Tertio hoc etiam conspicit̃ per militãtis nostræ ecclesiæ experimẽtum. Tenet enĩ communit̃ ecclesia religionem siue statum epõrum perfectiorẽ esse omni alia religione tam monachorum q̃ aliorum. & tñ experimentũ docet: q quælibet religio artioris uitæ est, q̃ religio seu status episcoporum. Non ergo se comitant̃ ista: q religio quanto artior: tanto perfectior. Potest enĩ esse maior perfectio cum minori artitudine. & maior artitudo cum minori perfectione. Et licet ecclesia cõcedat trãsire ad artiorem illis qui sunt in laxiori: nõ ppterea id ꝯcedit quasi credat religionẽ tãto esse perfectiorẽ quãto artiorem simpliciter. sed credit artiorem instrumẽtaliter esse perfectiorem respectu illorum: qui per talem artitudinem dicũt cõmodius posse peruenire ad statum perfectionis. Et hæc quãtum ad perfectiorẽ statum intelligenda sunt. Quid aũt tenendũ sit quãtum ad transitum: canonistæ tractant in ca. sane. de regula. Dicunt enĩ exempli gratia: q attenta institutione regulæ Sancti Augustini: & etiã Sancti Benedicti artioris regulæ est ordo sancti Benedicti: & laxior Sancti augustini: uidelicet quãtum ad trãsitum de una religiõe ad aliam. Itaq(nisi ꝯstitutiones regulares obstarent, uel obser

uantia actualis fratrum predicatorum, & aliorum qui regulam beati Augustini profitentur) certum est eos posse transire ad ordinem sancti Benedicti. Veruntamen in ista materia quantum ad transitum ad aliam religionem: dicunt doctores quod capitur latior uel artior: habendo respectum ad actualem obseruantiam regulę: etiam ad constitutiones factas ultra regulam. Unde quantum ad dictum transitum non est solum ponderanda regula sancti Benedicti & Augustini: sed sunt ponderandæ constitutiones ipsorum ordinum & actuales obseuantiæ. Et ideo cum fratres predicatorum & sancti augustini. & aliorum qui tenent regulam beati augustini, secundum comunem modum uiuendi & seruandi regulam reducti sunt ad instar mendicantium, pondera ta ueritate: uidentur esse artioris ordinis: quam ordo sancti benedicti. & non posset transire frater predicatorum, ad ordinem sancti benedicti sine papæ licentia. Tamen quantum ad perfectionem status utriusque regulæ simpliciter assumptæ: secundum opinionem multorum: regula beati benedicti perfectioris status quam sancti augustini est. ¶ Et hæc de comparatione inter se cunctarum religionum uitam socialem habentium: breuiter dicta sufficiant.

¶ Conclusio libri totius ad sanctissimum dominum.

ACCIPE beatissime pater hoc humanæ uitæ speculum tuo nomini (sed multorum utilitati) dicatum. ut per te qui speculum & totius mortalis uitæ norma datus es: cuncti fideles in quouis statu arte, gradu ac dignitate constituti: speculentur. atque in eo uideant: quid cuique conueniat: quid incumbat. in quo ue deuiant a tramite uiæ iustæ. Nam ueluti naturale speculum cuiuslibet formę sibi oppositæ imaginariam profert similitudinem: sic hoc speculum omnium mortalium uarias uiuendi formas recipiet. & quid boni, quid sinistri ha-

beat: distinguet & intuebit. Ibi enim uitam suam speculabitur omnis homo. Nam uidebit peccator & irascet speculans preuaricatiões suas. In eo rursus uidebunt recti & lætabunt: quia cernent in quo crescant. Denique in eo uidebunt iusti & timebunt: quia putãtes se stare uideant ne cadant. Et tãdem uidebunt mortales: quia omnis caro fenum & omnis huius sæculi decor ut stercus. Dabo ergo finem qui pro rerum magnitudine uix incepi. Scio paucula forte & multa de huius mortalis uitæ diuersis artibus & uiuendi modis disserui: quæ quidem longiora aut breuiora dici posse: non ignoro. Verum nec breuitati admodum studui, nec copiæ: ne legentes aut tedio, aut nimia breuitate afficerẽ. Imitatus sapientem ecclesiastem: qui ex multis composuit parabolas sacras: quæ sunt uerba utilia: scribens sermones rectissimos, ac ueritate plenos: non sibi sed futuris prospitiens: ad laudem omnipotentis dei qui tandem tuam beatitudinem fœliciter protegat & conseruet: & tãdem post diutinum huius uitæ cursum: una cum grege (tibi credito) perducat ad uitã æternam AMEN.

Edidit hoc linguæ clarissima norma latinæ:
Excelsi ingenii uir Rodoricus opus.
Qui norma angelica est custos bene fidus in arce:
Sub Pauli ueneti nomine pontificis.
Claret in Italici Zamorensis episcopus ausis
Eloquii: it superos gloria parta uiri.

¶ Incipit Repertorium siue Tabula per alphabetum ad faciliter recipiendas materias in presenti libro Dicto Speculum Humanae uitae;

¶ A.

¶ Aduocatus qualis debet esse. & laudatur plurimum eius exercitium. ¶ Libro primo: ¶ capitulo. xvii.
Aduocatorum fraudes, incomoda, damna & picula. li. i. ca. xviii.
Aduersa & mala cuiuslibet artis in hac uita humana. libro primo per totum.
Aduersa & mala fere omnia quae passi sunt homines, incipiendo ab origine mundi: & nominantur personae. & de cam eorundem malorum. ¶ Libro primo: ¶ capitulo. xlii.
Aduersa mala & afflictiones quae homines in omni statu patiuntur intrinsecus: & satisfit quaerelis hominum . & quare nullus sua sorte contentatur. ¶ Libro primo: ¶ ca. xli.
Agriculturae laudes, necessitas, & utilitas: & de eius commendatione. ¶ Libro primo: ¶ ca. xxi.
Agriculturae incomoda, afflictiones & labores. Li. i. ca. xxii.
Ambitio. ¶ Libro primo: ¶ capitulo. xli.
Artes omnes, & diuersi modi uiuendi secularitater: & dulcia & prospera, necnon amara & aduersa illarum. breui notantur libro primo: ¶ capitulo. xxxix.
Artes liberales quare sic dicantur: & de earum laudibus & utilitate: necnon de earum abusu, laboribus, & paruo fructu. libro primo: ¶ capitulo. xxxiiii.
Artes mechanicae. ¶ Infra, in uerbo mechanica.
Archidiaconi dignitas & illius preconia ac afflictiones & pericula. ¶ Libro Secundo: ¶ capitulo. xiiii.
Archipresbyteri honor, & prerogatiua. & istius status afflictiones, labores & pericula. ¶ Libro secundo: ¶ ca. xviii.
Arismetrica laudatur. & de illius laboribus & afflictionibus. libro primo: ¶ capitulo. xxxix.

138

140

Theatricæ artis & omnium ludorum illusiones, labores, & pericula. ¶ Libro primo: ¶ capitulo. xxxi.
Thesaurarii ecclesiæ dignitas commendat. & de illius erumnis, laboribus, & periculis. ¶ libro. ii: ¶ ca. xvi.

¶ V.

¶ Vanitas nobilitatis carnis. ¶ Libro. i: ca. viii.
Vanitas & afflictio omnium quæ fiunt ab hominibus. libro primo: ¶ capitulo. xl. ¶ & sequenti.
Venatoria ars commendat: & de illius damnis, & periculis. & de artibus sub ea. ¶ Libro primo: ¶ ca. xxviii.
Vitæ humanæ artes, & officia, tam spiritualiter q̃ temporaliter. ¶ Libro primo & secundo per totum.
Vita contemplatiua, an præferatur actiuæ. ¶ Et de utraq: libro secundo: ¶ capitulo uicesimoquarto.

¶ Finis fœlix atq optatus illius breuis tabulæ siue repertorii per alphabetũ, in presentem librũ: speculum humanæ uitæ nuncupatum.

141

Bouhier